titulo proprio

hec quasi possessio non
computabitur cum ma-
la fide.

actio probandi
sit ab utente.

distinctis cepella
non admittitur

que consistunt in
animi probari non
possunt.

precarium tacitum, vis non sufficit. Unde hec qua
si possessio non computatur cum scientia eius, qui dicit
se illud servitutis ad se non pertinere, et nihilominus
vult illud usurpare sult. J. quemadmodum servitutes
amittunt. S. qui jure familiaritatis 41. de as-
suet. pover. l. 1. §. Villianus 6. sult. de itinere, actique
privato, docent Bartol. in d. §. hoc interdicto 2. n. g.
Bonadomens Cepella de servitutibus rusticorum pro-
hiorum cap. 1. n. 26. V. toria. Menoch. de retinen-
da remed. §. n. 13. Alindan. 2. q. de interdictis tit.
10. n. 12. Hieronimus Gonzalez ad regulam 8. can-
cellarij glossa 41. n. 34. Anton. Tab. lib. 19. connectit.
cap. 10. et communiter notatur in d. sult. ex quo in-
te note, querunt an hec bona fides, et titulus pro-
silo articulandus, et probandus sit ab utente? et qui
acm Cepella d. cap. 1. ep. n. 32. Jaso in §. sed ite qui-
dem in d. de actionibus ep. n. 101. Menoch. d. remed.
§. ep. n. 21. et de recuperanda remed. 13. n. 71. distin-
gunt inter eum qui titulus aliquo precedente titulo,
veluti emptoris, aut legati servitutis a non domino
secundum servitutis, et est qui sine ullo propositio
titulo: ut ille non teneatur probare bonam fidem; sine
vero teneatur; et rursus facere aliquam probationem
publice opinionis de constructione servitutis ut illa po-
tuerit induci ad credendum sibi tale jus competere.
Id hec de via sunt arone juris, quia que in occultis
animi existimatione consistunt, et in fide eius, qui
sua non possunt probari ut dixi 2. q. de servituti-
bus sectione de bona fide: quare quod amplius ex-
gi potest ab utente est quod asserat iuramento preposito

se bona fide et proprio iure usum fuisse, ut censuit ori-
ginatim glossa magna in d. l. sed ite quidem quam ibi
explicat Jaso ex n. 40 usque ad 100 Bartol. in l. gerit
86 n. 18 de acqui. heredit. Franciscus Ripa in l. ad
monendi n. 122 de iure iurando. Andreas Piraguel-
lus de retractu signagior. l. 4. ex n. 4. et dixi ad l. iuri
boniam n. 26. et 27

Querunt etiam interpretes an ad hanc quasi posse-
sionem inducendam necessaria sit scientia aduer-
sarii? Hanc etiam questionem profligavi d. n. 16.
videlicet ex parte utentis requiri quod palam utatur
non furtive, et ut ad domini, et cuiusvis notitiam
sit pervenire, siue quod idem est ut non utatur us, aut
clam d. l. l. d. hoc interdicto 2. l. 1. C. de servitutibus
l. si quis diuturno. 10 si servitus vindicetur. 19. non
est necesse probare, quod adversarius scivit, sed satis
est ostendere, ita usum fuisse, ut ad eius notitiam po-
tuit et pervenire. quod videntur mihi docuisse Colonne-
vias in regula posesor. 2. g. in initio n. 8. et omnino mihi
Menoch. licet interservitutes ipsas immerito distin-
guens d. romed. 8. ex n. 32. ut inde resciciatur Alin-
danus cum alio d. tit. 10 ex n. 22. qui scientiam pro-
bari desideravit. iuxta quam doctrinam sane accep-
ta sana est alia Nicolai Sarciz 89. de Beneficis
cap. 8. n. 67. 70 et seqn. qui docet et l. l. d. qualiter
q. de aqua quod. et hinc sufficere bonam fidem ad
adquirendam possessionem rerum incorporalium: sed hoc
ita accipiendum est, si usus accedat non violentus, nec
clandestinus, sed palam, et coram factus.

etiam disputant quot actus necessarii sint ut quis

57

3
ad hanc quasi posse-
sionem inducendam requi-
ritur, quod palam utatur,
non furtive.

non debet probare ven-
adversarius scivisse.

agnoscatur doctrina
Nicolai Sarciz.

A

Quot actus sint neces-
sarii ad hanc quasi
possessionem.

Aliqui putaverunt
unum sufficere.

Bartol. censuit 30 ac-
tus necessarios esse.

Utraque sententia
discrepat.

arbitrio iudicis debet
committi. iuxta Menoch.

censetur esse in quasi possessione rerum incorporabi-
um? et non nulli censent per textum in l. 1. §. quod
autem A. De Aqua quotidiana et hinc sufficere unum
actum palam et bona fide factum, qui non fuisse et
controversus, nec causam liti dedit. ita Covarru-
ias in practiis cap. 1A. n. 2. et in regula posesor
2. §. in prin. n. 6. Lenzales ad regulam 8. cancella-
rie gl'osa AS §. 2 an. 29 Garcia d. 5. §. cap. 8. ex
n. 39 Zuvallos communium contra communes quest
717 n. 4. Cavedus de Patronatu regis corone cap. 6. a
principio Jusque Practicar. tit. 2. conclusionem 83. n.
5. et tit. 9. c. 1. et tit. 9. c. 34. Per contrari-
um Bartol. in l. 1. §. annum 3. de itinere actuque
privato per illum textum censuit 30 actus necessarios
esse ut quis constituatur in quasi possessione alienius
suis, quando potest esse aliqua suspitio, quod fecerit
illos actus ex iure familiaritatis, vel ex tacito permis-
su. Unde intulit, si quis semel, vel per aliquot vi-
ces suffragium incuria tulerit, non prius in quasi
possessione constitui, quam per 30 vicis suffragium
dederit, Bartolum videntur sequi Menoch. d. romed.
§. ex n. 12. Alindanus d. tit. 30 n. 39. Verum utraque
regula caret fundamento: quia semel uti sufficit
de interdictum de aqua pedaliari quadam ratione, ut
in eo videbimus; et in interdicto de itinere requiritur
usus 30 dierum specialis etiam causa. quare ex textu
de specialis rationi non debuerunt interpretes deducere
conclusiones tales. cum p. non habemus certam diffi-
nem huius huius in iure, arbitrio iudicis prudenter com-
mittit idem Menoch. de arbitrariis causis 160 per totum,
quia si actus possunt exerceri frequenter plures decide

habentur ad constituendam quasi possessionem: si uero
raro pauciores sufficient: si tamen unus forte
satis erit, quomodo recipi poterit doctrina Covarruuij
et aliorum, quos supra retuli.

Hec uero sunt in seruitutibus, et aliis iuribus in
corporalibus, quorum acquisitioni ius non resistit, quia
sicut praedicta naturaliter liberantur L. altius §. C. de serui-
tutibus et aqua, ut patet Bartholomaeum, et Cepollam inde de-
ducit Menoch. h. remedi. §. ex n. 13: tamen iuri non
resistit, ut per pactum, alio uero modo legitime seruitus
imponatur, per consuetudinem non est cum iuri resisten-
tia, ut cum iudicio docet Covarruuias lib. 1. Variar.
cap. 17 n. 6. Menchaca paululum tamen abes disen-
tens cap. 89 illust. n. 4. et 5. Quando uero datur ius
in prohibitis, et resistentia in iure, ueluti percipiendi
decimas intra alienam parrochiam ut in cap. ad dei
mas 2. decret. spoliat. in §. tunc uel titulus concessio-
ni necessarius est, uel immemorialis usus requiritur
ad inducendam quasi possessionem quia cum resisten-
tia iuris sine titulo, quamuis de facto detur ignoran-
tia non presumitur bona fides cap. qui contra lra de
R. in §. cum similibus. §. 7. necessaria est prescriptio im-
memorialis, que supponit titulum L. 3. §. ductus aque
de aqua quot. d. et stria, neque antea quis conuictus po-
sidere propter defectum tituli propter defectum tituli
et bonae fidei, ut dixi supra §. 8. n. 11.

His praemissis singula interdita agrediamur, quorum
primum occurrit de itinere, actumque privato. uia actus
inter seruitutes sunt praediales, angustiores, latioresue ege-
sua nata, et legis decem uiratis prescripto, quas explicita
re nri instituti non est. uidentur sunt Cepolla de serui-
tutibus rust. praed. cap. 1. Donel. et Osuald. lib. 11. cap. 6. Qua

5
Hec uero sunt in iuribus
quorum acquisitioni ius
non resistit.

quando ius prohibet, ut
titulus, uel immemoria-
lis usus requiritur.

6
De itinere, actumque
privato lib. 43 f. 19.

renus lib. 1. disp. ca. 31. Connan. lib. 4. Com. cap. 2. Hic
 scribitur Tractatus volumine 1. select. disp. 17. thesi
 4. Mora in emporis tit. 6. de servitutibus in pr. iudic. ex
 n. 81. Cuyacius lib. 22. observ. cap. 35. Anton. Augustin. ad
 ff. 22. tab. cap. 14. et ad eandem Rouardus etiam cap. 14
 Bonisias Joseph. lib. 2. tit. 11. Alexander ab Alvar. andro
 et Tiraguellus lib. 2. dictionum generalium cap. 20. supponi
 ti g. Suggestendi l. nota hoc interdictum pertinere ad
 quiddam rusticas servitutes l. 3. §. 1. h. t. Continet uero duas
 partes, altera est de retentione usus, aut quasi possessio
 ne servitutis, de qua in d. §. 1. altera de refectione iti
 neris proposita est, et de hac agitur in l. 3. §. ait Protor
 ff. h. t. quarum singulas sigillatim iusturabimus. In d.
 §. tantum queritur de facto, id est an quis usus sit ite
 nere, uel actu, non an ius habuerit itendi l. 1. §. hoc in
 terdicto ff. de itinere, actusque privato. in quo differt a con
 fessoria, perquam petitur servitus. nam in illa de iure
 queritur, et nemo obtinere potest, qui non probet sibi iure
 constitutam esse l. 2. in fine si servitus uindictetur.

hoc inter. pertinet ad
 rusticas servitutes. in
 tinet duas partes.
 1. proposita est de reten
 tione usus. 2. de refe
 ctione itineris.

in hoc inter. queritur
 de iure, secus in confessoria

7
 debet uti iure proprio
 et transire hinc inde
 vicibus periculis

annus computatur ex
 die redditi interdicti

ratio cur tot actus
 desiderantur.

Videamus de modo usus, et primo debet uti iure proprio
 nisi non clam, non precario quod est commune omnibus ju
 ribus, et rebus incorporalibus ut manet notatum Deinde de
 bet in illo anno repetitis retro tercentis sexaginta quinque
 diebus transiisse per illud iter triginta diebus, si sit trigin
 ta vicibus, in totidem diebus, uel continuis, uel interpolatis
 ff. l. 1. §. 1. et §. annum 3. h. t. annus uero computatur ex die
 redditi interdicti, siue litis contestationis, ut dicitur in
 d. §. 3. ubi notant Accursius et Bartol. Menoch. de retri
 benda remed. 5. ex n. 7. Mandamus 2. §. De interdictis
 tit. 10 n. 19. Donel. lib. 35. Com. cap. 34. Ochard. prin. in te.
 de interdictis ex n. 170. ideo uero tot actus repetiti deside
 rantur in uno anno, quia facile repeti possunt, et quia po
 test esse suspicio iuris, uel egriue iure familiaritatis, ut

construit Bartol. et potest cum Menoch. n. 12: ides ex hoc in
terdicto non fit illatio ad interdictum de aqua, quae non tam
facile ducitur, nec tam cito iure familiaritatis concedi
tur, ut infra uidebimus.

Cum autem usus de facto tuendus sit, consequens est
ut interdictum tantum locum habeat in eo in quo usus
quis sit, et quatenus utatur seruitute. ides si ad partem gen
di quis sit usus, ad eam partem, et non ad aliam tuendus
erit, neque extenditur de parte ad partem L. 1. §. Julianus
§. h. t. hoc est elegantior, et ad multos iuris effectus Menoch.
ubi proxime in n. 57. Mend. Anson. Gomez in L. 45 cau
ri n. 36. Petrus Gilkerius de Descriptionibus 1^a cap.
6. an. 204. Nec obstat quod dicimus apprehensam possessionem totius rei
ne parvis rei censeri apprehensam possessionem totius rei
L. quod meo nomine 16 §. ult. de acqui. pos. Nec enim re
gula ita exponitur inquit a Bartolo cum solito magis
teris: qui ius formatum et titulum habet ad universam
quasi possessionem rei, retinet totius quasi possessionem
toto usum etiam pro parte. exempla desumi possunt
ex L. qui usum fructum 16 §. quibus modis usus fr. amittit
Lund est uia 16 in fine de seruis. rust. pro. L. si stillicidii
8. §. ult. cum L. leg. §. quemadmod. tenui. amittit. cap. cum
intra 30 de decimis cap. auditis 15 de Prescriptionibus cap.
1. de Religionis domibus. cum uero non est titulus formatus,
nec ius euidens ad quasi possessionem totius, sed tantum re
tinetur per usum, et per factum ex percipiendi non conceditur
tuitio, nisi in ea parte, et quatenus quis usus fuit 7^o §.
Julianus. §. Hanc Bartoli doctrinam sequuntur plus mi
nusue expresse Panormitanus in cap. cum olim 18 n. 6. de
Prescriptionibus. Finquelus de iure pignoratitio quese. 39
n. 1. et 3. et de retractu lignagier §. 36 gloria. 3. n. 12
Sarcia de nobilitate gloria 16 §. 1. n. 79 Et gloria 7. n. 6.

8
interdictum locum habet
in eo in quo quis est usus, in
de non est tenditur de
parte ad partem

obicitio soluitur cum
Bartolo

in iurisconsultis
de iure pignoratitio
quese. 39

in iurisconsultis
de iure pignoratitio
quese. 39

Salgado 3. p. de Protectione regia cap. 10 n. 103. 108
 cum seq. Vespianus Gratianus dissertatione A 25
 n. 38. eamque tradidimus supra 2. p. n. 19 et 20 et
 ad causam possessionis regni Lusitaniz, quam in
 tum magnus Philippus noster retinet per partem, quod
 hodie conseruat apud etiam magnus Preceptor nos
 ter dominus Ramo in supplicatioe ad sanctissimam
 sedem de episcopatibz illius regni propositione l. n. 10
 et 96. vti exactissimo cum publico ut solet nro &
 Julianus. et doctrina Bartoli, que in eo consistat

Reckantum tuendus est personalis usus eius, qui
 vult hoc interdicto experiri, sed etiam si nomine
 eius alius usus sit; ueluti amicus, hospes, colonus, aut
 comodatarius l. 1. §. si cuius cum seq. l. 3. §. uti uide
 mur 4. h. t. Ususfructuarius uero licet re aliena utatur
 fructus, tamen fructus ex proprio iure usus fruc
 tus, quod sibi competit; et ideo licet utatur seruitute
 itineris, uel aialis ad fundum fructuarium per fundum
 aliorum, tamen per usum non acquirit domino pro
 prietatis interdictum, nisi proprietarius ipse utatur.
 quia sibi uidetur uti, non proprietario, et personaliter
 sibi acquirit interdictum d. §. uti uidemus cum seq.
 et hic est casus singularis in quo competit interd
 tum ei, qui non habet ius seruitutis saltem per
 petuum; cum competat ratione ususfructus, qui per
 petuus non est, ut notant Casorensis in l. 2. Com. pro d
 et in l. 2. §. Pomponius d. si seruitus uindictetur. Me
 noch. d. remed. §. n. 71. Unde quicumque nomine
 nostro utitur, ueluti mandatarius, qui nobis fundum
 dominantem emit, uel qui ex nostra concessione utitur
 seruitute, nobis interdictum acquirit l. 1. §. per uult.
 l. 3. §. si qui mandato h. t. quia qui per alium utitur

9
 etiam tuetur si quis
 personalis usus est.

ususfructuarius licet
 re aliena utatur sibi
 acquirit interdictum

ususfructus perpe
 tuus non est.

per se uti videtur. Menoch. n. 81 et 82.

Unde sequitur, ut non tantum utenti ipsi compe-
 rat interdictum, sed etiam heredi, successoribus que
 universalibus, et particularibus, veluti emptoribus, lega-
 tariis, et donataribus fundi dominantis l. 3. §. hoc in
 terdictum b. h. t. ratio est quia dominus, qui usus fuit
 servitute per 30 dies, iam adquisiuit p[ro]p[ri]o suo do-
 minanti comodum n[ost]ri interdicti; quare hoc como-
 dum tanquam causa, et accessio fundi transit in quem
 cumq[ue] Successorem l. solia §. ult. de contrab. emp[er] et
 nihilominus interdictum, quod compe[dit] successori uti
 le dicitur in l. 2. §. ult. et l. leg. si servitus vindi-
 cat, vel quia efficax est, vel quia non ex proprio facto
 experientis, sed ex facto sui auctoris provenit, illudque
 habet ex jure transmissio, ut docet Corasius in l. penul.
 n. 17 de servitutib[us], et pot[est] eum Menoch. ubi proxime
 n. 76. quod etiam commune e[st] 2^o par[te] n[ost]ri inter-
 dicti de itinere reficiendo, ut id obiter admoneamus:
 nam si in auctore radicatum fuit Jus ad iter refi-
 ciendum, vendito fundo transit in successorem l. apa-
 ret §. hoc interdictum h. t. Menoch. d. remed. §. n.
 113.

10

hoc interd[ictum] transit ad
 Successores tam omnia
 les, qual[iter] particulares.
 ratio.

interd[ictum] q[ui] compe[dit] suc-
 cesori utile dicitur.

transmissio laudem habet
 in 2^o p[ar]te n[ost]ri interd[icti].

11
 igitur ut quis interdicto n[ost]ro utatur debet in anno
 vel servitute itineris per 30 dies, ut dixi, quod intel-
 ligendum est Jure proprio, et pro quia bona fide, quod si
 post 30 dies mala fides superveniat, non offit, quia
 non possunt mutari ex superveniente mala fide, que
 recte transacta sunt l. §. ult. cum l. leg. l. si quis. §.
 h. t. que verba de 30 diebus transactis accipiunt locam

11

supervenientis mala
 fides non nocet. q[ui]a
 potest mutare, que recte
 transacta sunt.

bona, uel mala fides pro
pria persona stimatur.

Quibus species l. 2. §. 2.
habet.

uris in regula posterior 2. §. d. 2. n. 2. Menoch. ubi pro
xima n. 83. heres uero gaudet interdico ex persona pro
pria, si ipse usus sit bona fide per constitutos dies, quam
uis defunctus mala fide usus fuisse: quia bona, uel ma
la fides ex propria cuiusuis persona stimatur, nec in inter
dicto queritur de iure seruitutis, sed de facto usus, quod
etiam personale est, ut pat antiquiores docet Menoch.
2. remed. 5. n. 88. sed text. in l. 3. §. si quis ab auctore 2.
h. unde hoc principium deducit, illud non probat, alieni
provis species est: auctori, nempe, meus Titio concessit
precarium seruitutem itineris, uel possidente auctore
meo fundum seruientem Titius utungant seruitute uo
lenter, uel clandestine (hoc est uiclam, aut precario ab
auctore meo possidere); queritur utrum ego possim pro
hibere eum per iudicem, ne utatur seruitute, et an usus
tali proficiat Titio? Respondet non proficere; qui enim
a meo auctore uiclose possidet, etiam a me uiclose pos
sidet, qui in omnia iura et prescriptiones fundi succedo
d. l. d. dia 76 §. ult. de contrab. emptio. in v. nam et Pedius
non afert cui diuersam speciem, sed superiorem sentat
verba Pedii illustrat, et confirmat, quod uidetur agnosci
se Accursius ibi uerbo Pedius; tantum successionis uerbum
explicat, ut non solum accipiatur de herede, sed de
emptore, qui est singularis successor. prestat que rationem
huius uerbi: cum enim successerit quis in locum eorum, qui
cum n. e. non nocet hoc, quod aduersus eum non nocuit,
in cuius locum successimus; id est si auctori meo non
nocuit usus, quia erat uolentus, uel precarius, ne mi
hi nocere debeat. ita Cuiacius et Petrus Faber in l. nemo
54 de R. i. idem Faber in l. inuicis 156 d. cum quis eodem
tit. qui merito negationem rebinent, quod dicit in aliis

libri, illa uerba nos noceri significant per se ipsam ad
uersus nos nocere; noluit enim etus his repetere eandem
propositionem aduersus, quae in ^{tamen} vulgaribus libris inueni
turi repetita. Similes locutiones inueniuntur apud Bris
onium lib. singulari parorgi.

Si per impedimentum facti toto illo anno retro numeran
do ut non possit seruire, ueluti q. fundus seruientis in un
dams fuerit ~~in~~ mare iure n. competit interd. idem, q. nec uer
ba edicti conueniunt. Ceterum a Praetore conceditur res
titutio utenti, ut annum incipiat computare retro a quo
tempore impedimentum subactum fuit l. 1. §. si quis propter
cum seq. h. t. iuncta l. unus §. A. §. ult. l. et alitibus §. 35 de
seruit. rust. praed. quae restitutio prouenit ex clausula gnti
de qua in l. 1. in fine §. ex quibus caus. maiores, quia serua
qui ante inundationem usus fuerat, et per inundatione
uti de iure tractat de recuperando interdico ammisso
et sic de damno uitando, non de luero captando, et per con
dominus fundi seruientis tractauit de luero captando.
Iocent in effectis consentientes faso. in l. 3. §. labeo n. 22
de adquis. gop. Merocchi. §. remed. 5. ex n. 77. Haec
quidem lib. 1. controuersiarum cap. 69. Alindanus
§. tit. 10 ex n. 9. Cuyacius lib. 3. questionum Papi
niani in l. denig. §. ex quibus carloris maiores, et
lib. 7. in §. l. unus §. A. §. ult. Richardus principio
institutionum de interdico n. 173. effectus huius
interdicti pertinent ad tuitionem, siue manuten
tionem in usu, quia Praetor edicit ne utenti uis fiat;
id est ne impedatur in usu. Deinde continet omne
interesse perturbatq. ~~peruicacis~~ quasi possessionis l.
3. §. in hoc §. hoc tit. quem plane exponit Meno
chius ubi gopime ex n. 90. et etiam quia in omni
ubi gopime ex n. 90.

12

si per impedimentum
fidei qui n. utat illon:
no siluerris d. p. g. n. c.

in hoc casu tractat
de damno uitando

effectus huius interd.
e uis in usu

haec in contineat
reie perturbatq. qua
si possessionis

2. pars interdicti pertinet
ad refectio[n]em itineris

qui reficit debet de
iure docere, ut usum
30 dierum probare.

explicat l. 3. h. t.

Secunda pars huius interdicti pertinet ad refectio[n]em
itineris, et est enim inutilis servitus, si non liceret iter
reficere l. 3. §. aut Dretor et cum seq. h. t. quam utilita-
tem extollunt Legalia de servitutibus rusticorum proedio-
rum cap. 1. n. 29 Menoch. d. remod. §. n. 95 Donell. lib.
15. com. cap. 24. v. alterum Sed in hac parte aliquid am-
plius exposit Dretor, quam in priori, nempe Jus servitutis
cum enim qui reficit aliquid in fundo alieno faciat, non
est ei permittendum reficere, nisi de iure doceat, et simul
usum 30 dierum probet, et simul: quare recte dicitur
habere hanc partem interdicti admixtam causam pro-
prietatis, ut multis probat Menoch. ep. n. 96. Ad hanc
partem pertinet text. probe intellectus in l. apparet §.
h. t. quoniam ad primam partem in conspectu retulit Min-
dantus l. tit. 10 ep. n. 24. Inquit omni civis uti posse hoc
interdicto, qui habet longae possessionis prerogativam, quam
vis non habeat servitutem iure impositam: id est quam
vis non habeat titulum Legati, neque donationis, neque
emphionis servitutis: quia longa possessio, ususque anni
continuatus (id est per decennium interpresentes, et bice[n]-
um inter absentes l. ult. C. de servitutibus) prestat Jus ser-
vutis manendarum litium causa l. 1. et 2. C. eodem
tit. l. 1. §. ult. cum l. seq. l. ult. de aqua et aqua pluviz
arcon. act. l. si quis ult. in 10 Si servitus iudicatur
cum aliis que adduxi in selectione ad l. Seriboniam n. 7.
et 8. cuius doctrina supra hanc accipienda est. Ex quibus
apparet male Albandrum expunxisse negationem ex §.
§. si quis in illis verbis, Jure impositam non habet; retinen-
da enim est, alioquin sensus non constaret, qui talis est:
Si quis non habeat titulum, sed habeat longae possessionis
prerogativam, Jus servitutis adquirit, et quod agere potest
interdicto de itinere reficiendo, ut merito sentiunt ne-
gationem retinentes Guinarius et Baro lib. 6. manualium

tit. 18. Ant. Augustinus lib. 1. emendat. cap. 2. Monoch. d.
remed. s. n. 101.

62

Sed quomodo in hac parte docere debeat de titulo, et
Iure servitutis qui vult iter reficere, non tamen exi-
gitur tam plena, et concludens probatio, ut in confessoria
in qua de servitute plenario agitur, ut docet cum Iudicio
Menoch. ubi proxime n. 132. Quamvis suo more in contra-
rium tendat Mindanus d. 4. tit. 10. n. 35 et 36. Ratio est,
quia si in interdicto tam plena probatio exigeretur, su-
perflua esset actio confessoria in qua de iure talis probatio
exigitur, ut docent Menchaca. cap. 86. illustr. n. 7. De
his Silkenius de Prescriptionibus 2. g. membro 1. cap.
10. fere per totum, et membro 3. cap. 12. an 28. Quaron.
lib. 1. disputat. cap. 34. et notatur per textum ibi in l. 2.
si servitus vindicetur et in d. eque si agat inot. de
actionibus. vel interdictum ipsum superfluum esset, ar-
guito ex l. interdictum 14. de Precario. Deinde quia si
et hoc pars interdicti habeat admixtam causam pro-
prietatis l. 2. §. quidam 2. sic intelligendo D. de interdic-
tis; tamen summaria, et summaria iudicii est ut de
ceteris que habent admixtam causam proprietatis recte
docet Malina cum addenat. lib. 3. cap. 12. ex n. g. Sed absur-
dum esset, ut iudicia summaria tam ex parte exercerentur
et cum plena probatione, quam plenaria ex notatis a Masari-
do in primis de Probationibus quest. 9. Salgado de Profectione de
gia 2. g. cap. 12. ex n. 18. Feliciano de conibus lib. 3. cap. 1.
n. g. quamvis confute loquatur g. ell. Ex quo valde pla-
cet dictum in confessoria, ex eo quod dominus predii servi-
entis probavit servitutem sibi iure consuetudam fuisse,
veluti in testamento iusto, vel a non domino: succumbe-
re etiam debere in hoc interdicto, quia per sententiam Ius
servitutis prorsus defecit; qui vero succumbit in confesso

14
licet de iure debeat de
cori, tamen non requiritur
tam plena probatio in
inst. ac in confessoria
aliaj superflua esset.

qui succumbit in con-
fessoria, succumbit in
hoc interdicto. in
si, qui ex defectu pro-
bationis victus est

ria ex defectu probationis, non quia aduersarius con-
trarium probaret, posse experiri interdicto: quia mino-
ri et semiglena probatione tituli contentum est inter-
dictum iuxta terminos textus in l. loci A. §. si quis
si seruus uindictur. videndus ultra saluandum nuper
Laudatum Menoch. d. remed. s. cap. 124.

19

Verbum reficere signi-
ficat pristinam formam
restituere.

De significatione uerbi reficere aliqua notant in
reicon. l. i. circa hanc eandem partem. Primo cum re-
ficere, qui pristinam formam fineris non mutat l. 3.
§. reficere h. t. licet tamen aliquid noui facere causa
meruendi uiam, ueluti pontem, si ex arduo nullum
incommodum obueniat fundo §. seg. Per con. licet com-
portare ea que necessaria sunt ad refectionem l. uete-
res A. h. t. et qui hec impedit uim facere dicitur l.
apparet §. hoc eodem tit. nisi qui uult reficere per locum
quemadmodum pergat §. l. eiusdem legis, que partim diffi-
cultatis habent, eaque latius proseguitur Menoch. ubi
proxime cap. 104.

16

De aqua quotidia
in prediis lib. 43
t. 20

Haec uerba ad seruatum
non aquarum pertinent
que in prediis sunt.

Pertinet hoc interdictum ad seruitutem aquarum de qua
Menoch. de retinenda remed. 6. cap. 24 usque ad 47. Min-
dan. 2. §. de interdictis tit. 11. apud Cestell. de seruitutibus
rusticis prediorum cap. 4.onica Lapiensis in forma lib. 43
l. 20 in actione con. seruata §. ductus aque Bonel. et os uala.
lib. 11. cap. 2. et 3. et lib. 15. cap. 34. que seruitus magis utili-
tatis est, precipue ubi agri sunt irrigui, molendina, aut
alia que aqua indigeant, decurrit necessitate multa adducunt
Celsus de Reginis lib. 3. l. 1. de aqua §. 1. de aqua §. 1. de aqua §. 1.
Lienz cap. 5. n. 53 et 54. elephas nota Grotii in l. ult. de
uicinis. Attendenda est l. 10. tit. 18. part. 2. non tamen est semper
seruitus rustica, imo nec semper est predialis, quare inspi-
ciendum est ad quam utilitatem sit imposita; si aqua debe-
tur predio urbana sit data sup. thesi probat text. in l. for.

si aqua debetur predio
urbano, urbana est.

non 28 de servitutib; Urban; urbana ex l. 1. §. illud que
 ritur l. cum seq. h. t. Cephal. d. cap. 4. n. g. Menoch. d.
 reme. 6 n. 49 et 50 per textum, quem expendit in l. 2. com
 munia p. d. i. si amantitatis causa, et ad delicias erit per
 song, quia ex hac causa recte constituitur servitus, ut ex
 eodem textu notat Benedictus Linc. lib. 2. selectar. cap. 11.
 n. 13 si propter pecus erit anomala Menoch. n. 121 notus
 vero interdictum pariter locum habet, siue ad fundum, si
 ve ad molen dinum, siue ad aliam quamcumq; necessitate
 aqua debeatur, ut ~~id~~ id semel notemus cum Franciscoli
 sa in l. quominus de fluminib; n. 46.

si amantitatis ^{causa}
 aqua constitutus erit
 person. si propter pe
 cus anomala

in quib; habet locum
 interdictum.

Nihilominus in nro interdicto tantum fit mentio du
 plis constitutionis aque, quia est magis solita quotidiana
 videlicet, et sicut l. 1. §. deinde 29 h. t. quoniam tertiam
 de aqua duenda ex castello, quam comminiscuntur Cephal.
 d. cap. 4. n. 202 Equinarius lib. 6. manualium tit. 26 sequi
 non placet cum Menochio n. 3. quid sit aqua quotidiana, si
 ua que eleganter diffinitur in l. 1. §. quotidiana 2. cum seq;
 l. interdicta 6. h. t. quotidiana est que quotidie fluit, et quo
 tidie debetur, necessaria que est licet de facto non ducatur quo
 tidie. sicut est que estate necessaria est, que ex constitutio
 ne servitutis, licet etiam de facto non ducatur, et multo
 magis, que estate liquescent Menoch. an 7. estas vero defi
 nitur, non quarta pars anni, que intercurrit inter primum
 ver, et autumni; sed diuidium anni, nempe ab equinoctio
 verno usque ad autumnale l. 1. §. quia autem 31. cum se
 quentib; h. t. l. 1. §. estas d. nequid in flum publico fiat, quo
 aliter aqua fluat art. 1. Medius uerbo refertur, et post
 eum Bartol. notant annum ad usum utriusque interdicti
 diuidi in duas tantum stationes, hiemem, videlicet, et

27
 Duplex constitutio
 aque fit mentio in
 interdicto non totib;

quid sit aqua quoti

quid estate.

que tantum estate
 fluit ob rationem
 forte, quia enim ab ubi

annus ad interdicti
 uidet in duas tantum
 stationes, videlicet
 statem, et hiemem.

estas, et hiems, quomo-
do computentur.

com. in in quatuor
partes dividit annus.

18

hoc in re... prohibi-
tionum pertinet quod
relinquitur quasi pose-
sionem adq. et habet
admixtam causam
proprietatis.

quidam in re
non cum titulo.

estatem: estatemque dicitur a decimo die exeunte Mar-
tio; hiemem vero a decimo die exeunte septembri-
bus est Junii acceptio adquam respicere videtur Censorinus
licet de anno maximo loquatur cap. 18 de die natali ibi.
cuius anni dies summa est & katechismos, quam nostris
diluvionem appellant: estas enim hec pyrros, exustusq.
est mundi incendiium, nam his aeternis temporibus mun-
dum tum ex ignescere, tum ex aquas cere videtur. na-
turalis vero significatio in quatuor partes dividit annus.
ver, estate, autumnum, hyemem, que est frequentior
apud auctores divisio, adquam abhuc elegantior lu-
cretius lib. 5. de natura rerum prot medium inde, et ver-
etty. Boetius de consolatione lib. 4. metro 6. illis versibus
in dem caris etty. Philo. judeus in lib. qui rerum divina-
rum sit heres. Divus Ambrosius in lib. de Noe, et arca
cap. 23 quam distinctionem non recte expressit Menoch
de retinenda remed. 4. n. 23. et quod magis est Cepolla
d. cap. 4. n. 148 relato Hieron. et contra eius verba cen-
sunt estatem tantum constare quatuor mensibus.

His partibus sequitur interdicti explicatio. competit ei
qui hoc anno adquam de qua agitur duxit, nec nisi fiat
l. s. in prin. h. t. in l. s. dicitur esse prohibitorium: quia per-
tinet ad retinendam quasi possessionemque et negligis in
ea inquietetur. Bartol. in l. s. si inter h. t. Cepolla d. cap.
4. n. 99. Menoch. d. remed. 6. n. 1. velut possessionis appel-
lant illud Cujacius lib. 4. observat. cap. 11. propter impro-
prietatem possessionis rerum incaprallum, vel forsitan q.
non est mere possessorium, sed habet admixtam causam po-
sionis, et hoc queritur de titulo et hure assignationis
Cujac. l. s. ult. h. t. Menoch. n. 4. 11. et 12 Cuyac. lib. 5. ob-
servat. cap. 19 in fine, ex quo fit, ut nudus usus tenendus
non sit, si aliquo titulo non imitatur d. l. s. qualiterq.
quid

quid quid aliter consuerit Ripa in §. quominus de
 §. luminum n. 89. Nec obstat text in §. sed et si 10 eiusdem
 L. loquitur enim de eo, qui bona fide existimans habere
 seruitutem constitutam ad rem predictam seruitutem, ea usus fuit
 iusto errore, qui dicitur tunc pro suo, de quo expresso
 dicitur in §. de usucapione tract. 2. de titulo
 et ad rem notat Mensch. n. 71. pro explicatione etiam
 text. in §. Aristo 19 eiusdem L. ad differentiam eius, qui li-
 cet non us, nec clam, nec precario usus sit seruitute, ita
 tamen utitur palam, ut servatus sit casare si dominus sciens
 interdixerit, ut in L. ult. de itinere, atque privato, quae eo-
 dem §. Aristo illustrat comp. professor meus doctissimus
 et de legali disciplina optime meritus dominus, Non Laurentius
 sanctus Auditor Constantinus in Commentariis ad Aristonem
 in §. Aristo.

Non obstat text. in l. 10
 hoc tit.

intelligit §. Aristo 19
 eiusdem legi.

illa tamen maxima est diffra inter verum titulum
 et titulum putatiuum pro suo; nam qui ex vero titulo, ut
 luti legati, emptionis, aut similibus titulis seruitute, ut in
 L. si ego 22 §. 1 de publiciana L. si quis diuturno 10 si serui-
 tus vindicetur, quamvis controuertatur antea habi-
 tus sit a vero domino, vel tantum a bona fide possessore predi-
 seruiantis, sufficit si in illo anno usus sit semel seruitu-
 te L. §. quod autem 4. b. t. ut dixi n. 7. At vero, qui usit.
 titulo pro suo non prius habet interdictum, quam conple-
 uerit tempus requisitum ad quasi usucapionem serui-
 tutis text. supra expensus in l. apparet. §. §. si quis de itinere,
 atque privato. Ratio est, quia donec possidens adqui-
 rat seruitutem per usum, et sic habeat ius formatum, non
 habet, quasi possessionem cum titulo, aut cum iure, quod in
 hoc interdicto exigatur §. l. §. ult. ut probat diserte text.
 in l. 2. C. de seruiculis et aqua. Quare in hac causa conueni-

29
 maxima diffra inter ha-
 bonem titulum pro a
 et titulum seruitutis.

Ratio differentia

Interdictum et ad
ni. confessorie

20

appetit temp. in l. 3. §. de
h. acquirit

Publica non possunt per
tempus adquiri.

Interdictum et ad
suggent titulum.

rit actio utilis confessoria pro servitute, de qua in d. l. si
quis diciturno 20. cum in interdicto, sed non ideo facta frustra
neum e interdictum, etiam in hac specie: quia licet in
utroque remedio de eodem iure queratur; tamen in
interdicto facilius causa terminatur, et leuiores probatio
nes sufficiunt, ut notavi supra n. 14 quod non videatur
percepisse Menoch. d. remed. 6. n. 74.

Huius parti solet opponi text. in l. 3. §. ductus aque h. t.
inquit videtur requiri usus immemorialis servitutis a-
que ad hoc interdictum. Sed communis responsio vera e
que cum intelligit de aqua ducenda ex flumine, fonte,
vel castello publico. Quo casu non sufficit ad quasi usua
pionem ducturam tempus, sed usus immemorialis requiri
tur, ut probat in specie text. in l. eleganter g. c. de aqua ducta
lib. 11. dicit ad l. scribioniam n. 13. Ratio est, quia publica
non possunt per tempus adquiri l. prescriptio §. c. de oportibus pu
blici l. prescriptio §. de usucapionibus. ideo immemorialis
tempus exigitur, quod supponit et fundat titulum concessio
nis legitime, ut pro multis dicit Ottero de Pasquis, et iure
pascendi cap. 17. per totum. Princeps enim est, qui permittit
re potest l. §. permittit §. cum leg. h. t. l. 3. §. et ult. c. de
aque ducta. Eleganter Frontinus de aqua ductibus ibi qui
aquam in usus privatos ducere vult, impetrare eam de
bet, et a Principe epistolam ad curatores aquarum affert
notant oruall. ad Dinel. lib. 4. cap. 3. tit. 9. Don Nicolaus
de Castro in l. ad reparationem 7. n. 21. c. de aqua ducta,
et hoc est, quod in aqua publica prestat usus immemoria
lis, videlicet, ut per sum ab us facta concessio a Principe.
Docent pro eisdem text. explicatione Cigolla 7. cap. 4. n. 55.
Conanus lib. 4. comont. cap. 12. n. 16. et 17. Dinel. lib. 11. cap.
11 Menoch. d. remed. 6. n. 124. illud etiam notandum est

obiter, concessionem Principis aliquando eue mare persona
 lem aliquando iuri pcedo fieri: et tunc quamuis a nouo pos-
 sessor impetranda sit: tamen iniuria ei fiet, nisi conce-
 deretur, quod ipi pcedo iam solium erat concedi l. 1. h. et
 datur 4. h. t. ex quo textu pragmatica deducunt, benefici-
 um solium impetrari ad Princeps de facili impetrabile cen-
 seri: Per contrarium illud quod raro a Principe conceditur
 ceteri impossibile. exemplum optat in l. eum seruis 39
 & constat de Legat. 1. et hinc est optima regula, ut si alibi
 quando concessitur possibilia, aut impossibilia, que pendunt
 ex voluntate Principis, uel Pontificis. Paret libricius, et
 fore omnes clari in d. 6. constat. Costa de Patris et nego-
 te l. 1. n. 39. Faquineus lib. 1. controversiarum cap. 100
 caldas de renouatione emphyteusis quest. 7. ex n. 29 et
 quest. 8. quasi per totam.

Postquam deturlo dixi, sequitur de modo usus: de-
 bet esse uniformis, quantum exde est: id est si pluribz viri-
 by quam una, quis usus sit seruitute, quo casu multo me-
 ius competet interdictum. Mirandan. 2. p. de interdictis tit.
 11. n. 39. iuxta quos terminos accipiendus est text. in l.
 1. & illud tamen 15 h. t. nampe ut si quis duxit per illam
 ficulam, per eandem ducat, et quantitatem aque non au-
 geat Calatinus de iudiciis 3. p. ex n. 373 Meno-
 d. remed. 6. ex n. 13 et ex n. 76 quin 76 inde deducit quip-
 quam duxit ad unum medium non potest ducere ad pceda ere-
 pitione, postea adquisita, ut a simili orbat text. in l. dam-
 ni 18 & dicitur vna de damno infecto. It sane etiam in-
 pedionem pertinet quod subiciatur in d. l. 1. & item pcedit
 17, qui nouam aquam vetori miscet, in solidum pcedo pro-
 hibet, nam qui huiusmodi usus in parte corrumpit omnino
 seruitutem, nisi admixta aqua diuisi pcedit, quia tunc
 vile per iniuriam non iuratur & Trebbius 18, necessitatem

concessio Principis aliq-
 sit personam aliq- pcedo.

illatio a Pragmatica per
 quam cognoscunt, pcedit
 lia, et impossibilia, que
 pendunt ex Principis vo-
 luntate.

21
 usus debet esse unifor-
 mis

intelligit l. 1. & l. 2.

Matis Meno. l. 11

intelligunt 16, 17, et 18

superueniens uisum ueni
pluuias non nocet.
conceptio p[ro]p[ri]etatis g[ra]t[is].

Tempus magis ad d[omi]n[um]
qu[am] ad h[er]editatem
seruituti, pertinet.

22

Quoniam requisit[um] ut
competit interdictionum

secundum.

23

tertium.

quid de rege
obseruetur.

superueniens uisum ueni
pristino nocet & idem 20. Quod si in
uiso, uel canali ip[s]o aqua sponte ebuliat, et veteri per
se admisceatur nihil domio fit, nec forma mutatur. l.
3. §. aqua h. t. quod latius exprimitur a legella §. cap. A.
n. 68. Menoch. 2. remed. 6. l. p. n. 81. Tempus uero magis
admodum, quam ad substantiam seruicij pertinet; ideo
si quis putabat se habere suae aquae ducendae alternis die
bus ducentis in toto anno una die, euendus est in serui
tute l. 1. §. item quod iam 22 h. t. multo magis mutatur
forma seruicij, si aqua ducebatur ad arborum, et postea fiat
pratium, uel hortus l. 3. §. si uicinus 2. de aqua et aquae plu
uij arrende actione. Cepolla n. 82. Menoch. n. 80.

Deinde ex parte rei tria requiruntur: primum, quod
aqua sit talis, ut duci possit; ideo non pertinet ad aquam
fatalem, quae non fluit l. 1. §. quanquam 6. h. t. Menoch. n. 17.
Secundum quod sit perennis, saltem s[ub]tota statione per quam
constituit; huiusmodi, si sit hiberna, estate si sit estiva
§. loquitur. §. sic intelligendo cum Menochio n. 66. Connano
lib. 4. Com. cap. 9. Guyacio lib. 11. obseruat. cap. 3. competit
enim pro seruicute, quae nisi habeat perpetuam causam
nulla est l. foramen 6. §. de seruicute. Urban. p[ro]p[ri]et. ut dixi
ad l. scriboniam. n. 9. Tertio quod de capite aqua ducatur
et non aliunde §. l. 1. §. h[er]e interdictione 7. caput aquae est
origo scaturiginis, ut curiae exponit Guilielmus Horne
sius lib. 3. selectionum cap. 34. igitur si ex fluentis aqua
ducta sit non reddit interdictionem: ratio est, quia seruicij
aque non potest constitui, nisi ex capite; q. neg. interdic
tum competet pro alia aqua. Hodie ex nouo iure potest
etiam ex fluentis constitui utilitatis causa l. seruicij q.
de seruicute. rustic. p[ro]p[ri]et. Donel. lib. 11. Com. cap. 3. et tamen
interdictum non reddit: quia antiquius fuit interdictionem
quam h[ab]ere utilitas, ut conuenit. Menoch. ex n. 28; si tamen

cum glossa uelimus dicere postquam exfluentis ducta
competere uale interdictione ex hoc iure, non dissentiat
quoniam acriter reclamet Menoch. ibidem, quia par
causa parum equitatem postulat, ut inquit Cicero in agri-
cis.

par causa parum equi-
tatem postulat.

Prohibitio ex parte Domini fundi seruientis facit locum
interdicto. Prohibere autem intelligit, qui aquam duci
uocat, corrumpit, uel inquinat l. 4. §. Sabes l. 7. h. t. quia
impedit commoditatem utenti. Menoch. d. remed. c. n. 97.
Alindan. d. tit. 11. n. 41. item qui prohibet ponere hincula
in riuo, uel aliud facere, ad domo diorem usum aquae; duno
do non faciat deterius aquagium, uel deteriorum fundi
conditionem l. 3. §. si aqua §. h. t. adquam partem spectat
§. ubi uisus eiusdem l. ubi potest alia aqua duci per por-
tam, siue per canalem factam supra portam, modo per hanc
ductionem non noccat riuo inferiori: multoties enim
in eodem pariete, aut ponte multi tubuli ponebantur, ut
fundat Seleste Richard. lib. 2. coniectationum cap. 12
Addendus est text. in l. Quintus Plucius 18 de seruitut. rust.
p. 1. sed quod dedimus dicimus, ita accipiendus est si graui-
ter; alioquin leue damnum, uel lucrum interceptum non est
in consideratione; quia cons. est ipsi seruitutis conuentioni
ut docent Cepolla d. cap. 4. n. 78 Menoch. e. n. 105

23
quis intelligatur pro-
hibere.

Nunc disquirendum est quibus interdictum competat.
Verba Praetoris extant in l. 1. §. deinde 29 h. t. inter. here-
des, et emptores, et bonorum possessores interdictioni, itaque,
ex usu uenditoris tuendus est emptor, quia fundum emit
cum omni iure suo l. solia 76 §. ult. de contrah. empt.
Probat etiam text. in l. 1. §. si fundum 24 et §. aut Praetor
37 h. t. et multo magis heres, qui succedit in uniuersum
suis defuncti: quia licet partes ad heredes non descen-
dat, descendit tamen ius interdicti iam causatum

Interdictionem per hoc
non tam considerari
tunc. d. aut. 24 p.
et §. aut. 37

24
Interdictum competit
interdictum ex usu
aut foris.

si personam non personalem
transit ad hereditatem

ex his elucet rescript. in
L. si servit. unde.

quando sit duplex hereditas
ad istud utrumque
facti. hoc cum differ-
entiam in hereditate requi-
ritur facti, in non vero
aliquid hereditatis.

utile est hoc duplex in-

quid in alio casu
servandum sit.

25

an aqua concessa uni possit
et alii concedi. disputat.

aquasi possessione Bartol. in d. v. 29 melius quam in
d. bonus 2. p. de interdictis commentario 29. ex n. 104.
fallit tamen si concessio aque personalis sit, tunc enim
extinguitur, cum persona eius cui facta fuit, ut docent
Corracius in L. de servitutibus n. 133. Menoch. ubi pro-
xime n. 135 et seq. ex quo elucet rescript. in L. 2. d. de lit.
si servitus in iudicetur, ubi si dominus fundi dominantis
qui per annum usus fuerat servitute, legaverit usum
fructuum fundi, utile interdictum reddit legatario ex
persona testatoris. Aliquando pluribus continuibus aqua
communiter constituta est, qui inter se dividunt in mo-
do usus, nec agunt cum dno predii servientis, sed secum
ipsis, tunc redditur interdictum duplex ad instar uti possi-
datis d. l. d. si inter 26 in verb. b. equa inst. de actionibus
ut ibi explicat Bartol. non tamen est proprie ingredi-
detis, quia in illo tantum desiderat factum possessio-
nis, ut dixi supra 2. p. in prim. in hoc usus aliquod jus
exigit, ut docet Cuyas. lib. 4. observat. cap. 11. Menoch.
d. de mod. 6. ex n. 95. quid quid in contrarium nitatur Miranda
d. tit. 11. ex n. 92. et ideo in hac specie non redditur
interdictum directum, sed utile, et ad instar d. l. 26 ut
docent nuper laudati. Alius casus est quando pluribus
quidem concessa est aqua, sed communiter, non pro indiviso,
sed divisim, tunc servandus est modus servitutis, vel
nisi specialis modus in eius constitutione sit, tunc ex
officio equitate servata eo debet componere. Illucio 4
L. cum ad. tit. 8. h. t. Miranda. d. tit. 11. ex n. 38.
Ex hac occasione quaerunt interpretes quando possit
aqua cadi, alii ex fonte, et per eum finium eoquo
alii iam concessa fuerat; nam posse cadi reponitur
in L. 2. d. h. t. quod ita explicandum est si prius consen-
tit, ut 2. cadet, nulla fit ei injuria arguitur ex L. aqua

Respondetur

consumere ad libitum in meo fundo, nisi iudicium sit
 in possessione fructus, quia de aqua mihi constituta si
 hinc parum digere. sed respondetur, si uni pro
 debitor non possit duci ad aliud in regione, siue iam
 meum erit, siue illud postea adquisiero: quod si pro
 dium velis ampliare, alio obiecto, posse me ducere
 ad totum pro dium, si seruituti non officiam; et hic e
 uerus intellectus huius textus, et doctrine secundum
 Accursium, et Bartolum. sed iterum obicit text. in l. c. 1. de ser. rust. pp.
 ex meo 24. de seruit. rust. pp. ubi ex sententia Grouli
 conclusit Pompon. contra eundem Labeanem, qui aqua
 seruitutem habet non posse vicino commodare, imo ne
 q. ad totum suum pro dium ducere si ad partem conu
 ta e. Notmannus lib. 8. obseru. cap. 14. exungit totus
 v. Grouli. Menoch. n. 117 et Cavalinus de iudi
 diis 3. p. c. n. 344. Varias distinctiones communi
 cantur per ueteres, quas laudant. mihi placet simplicis
 simul veritas, que placuit Accursio et Ant. Pabro, et
 Alondano d. de l. n. 11. non posse comodare absolute
 posse eam si aqua, que a suo fundo peruenit
 rina fiat sua, nec necatur deo pro dii seruitutis forte
 quia per commodationem plus huius hauriatur, quam
 deo nudo seruitutis ad pro dium dominans ~~et~~
 haurienda erat; quia modus constituit seruitutis semper
 seruandus e. l. si non modus de seruitutib. = 2. ob
 tat text. in d. l. si quis hinc 95 h. ubi qui usus fuit
 hinc, et non quate, utitur interdito et idem ad aqua
 giliam. q. non requirit usus conformit. seruitutis.
 respondens Accursius de Menoch. n. 102 non quodare videt

Solutio

ob. l. 1. § 35. h. tit.

Respondetur

obstat l. 1. h. t.

dicto, ex eo quod hinc usus fuit; sed quia in illo saltem
anno semel usus fuit. = obstat etiam in l. cum
constet 5. §. 1. h. t. ubi interdus, quorum alter habebat
aquam diurnam, nocturnam alter, convenit, ut a-
quam ducerent permutatis horis, et sic duperunt
per tantum tempus, quantum sufficeret ad ammitten-
dam servitutem per non usum; quirit ansit ammissa
et simul interdus servitutem ammittit. negat casu ammitti
q. si est necessarius usus conformis ipsi constitutioni;
aliqui qui alia hora utitur, quam sibi constituta in-
videtur illi, et tempore ammitti servitutem l. si com-
munem 10 §. 1. q. quae ad modum servitut. amitt. sed res
quident Accursius et classici, et cum illis Menoch. ex
n. 103 qui ex causa permutationis alia hora aquam
ducit merito retinere servitutem; quia vicinus eius
nomine utitur, et ipse nomine vicini. Tandem ob. l. ult.
h. t. ubi qui habet jusaque ducendae potest in fundo rivum
facere, quacumque velit, utiq. si servet civilem modum
nec nimium officiat fundo servienti l. si cui q. de servitu-
tib. notat Mundan. d. tit. 11. n. 10. q. non attenditur posse-
sio, aut usus rivus, sed quibidie potest mutari. sed
approquendum e cum Menochio et ab eo laudatis n. 120 hanc
l. non pertinere ad interdictum, quamvis sub hoc titulo
collocatur; sed ad ipsam constitutionem servitutis: cui
enim simpliciter sine quibus servitus concessa e, vel le-
gata potest esse locuta eligere; nisi per damnationem
relinquat, tunc enim de his heredis e l. iuria 26 de
servitut. rust. praed. ut communiter in hac schola placuit
post Cujacium tra. 1. de ad Africanum in l. si servitus 108
de iur. hano de legat. l. Fabrum lib. 19 coniectur. cap. 14

l. 1. h. t.

l. 1. h. t.

Respondetur

et de erroribz Pragmaticorum decade 18. error. q. quid
quid aliter multo apud Senonem in consiliacione ca
brundem sequam pag. mibi 146 et seq. Postquam ta
men sententia locum elegit non potest simpliciter variare
D. S. si quis g. ad Mend. Capella d. cap. 4. n. 50.

Martonus de prima g. interdicti, 2. pars et bre
viter et facillime. et capitul. restitucionem domini, quod
pau. sunt dominans ex inquietatione, aut prohibiti
ne seruientis. in quo venit bonne interesse prohibiti;
imo si per prohibitionem dominans amittit seruientem
venit adus restituti, et restauratio L. 1. §. Exptorea 23
h. t. sequitur enim ipso iure amittitur per non usum,
quomodo dominus non utatur propter impedimentum
seruientis L. 4. §. si uisum 27 de suscipi. ut latius
dixi ad l. scriboniam n. 24. sed insub. ait sequens non
pulsus: ad interdictum requiritur, sed in illo anno in
bus sit. sed seruitus olim hinc amittebatur, non
decurio, aut hincio L. ult. C. de seruitutibz dixi ibidem
ex n. 19. Ergo non potest dari casus ammissionis ser
uitutis concurrentis cum interdicto; nam si elapsum fuit
temp. ad amittendam seruitutem multo magis ad
amittendum interdictum sed recte respondit. Minoch.
n. 95. et 92. Mindan. tit. 11. n. 42. hoc intelligendum est
quando extraneus prohibet, non uero si prohibeat dominus
proprie seruientis hanc tunc restaurat interdictum
et per illud ipsa seruitus L. si plures q. §. 1. de vi, et vi
obpata, iuncta L. 1. §. complet 25 h. t. addendus Cuias.
lib. 3. quest. Lapi. in l. 6. §. sigles si seruitus uindicti.

Ulpian. in l. 1. h. t. ex §. 2. usque ad 6. exponit termines
interdicti. ait riuum dici a reiu, id est fluere, et esse lo
cum depressum per longitudine per quem fluit aqua, h.

29
2^a pars pertinet ad
interd.

seruitus ipse iure am
mittit per non usum.

quidam obiectio pro
ponitur.

seruitur.

30
De Riuis lib. 43
tit. 21.

quid sit rursus.
quid specus
quia coeca
quid sit illud.

31
quid sit rursus.

quid sit rursus.

quid sit rursus.

quid sit rursus.

ciatus lib. 2. protermissorum ad hunc titulum specum esse
locum altum subterraneum ex quo despicitur l. 3. h. t.
notant Cujas. lib. 16 observat. cap. 17. Mindomus tit. 12
n. 10 Capta esse opera manifesta ad ipsam linguam aque
quibus continent, et quaque versum dirigat in ille tan
dem esse teste Festo, locum l. depersum a dipum fon
tem, vel flumen, quo primum aqua inciditur. Illustrat
Menoch. de retinenda remed. 7. ex n. 3.

Ex 6. deinde 6. et ex 6. si quis 10 exponit verbum
reficere, quod significat reparare, quod corruptum est
vel lapsum, et in pristinam formam restituere. ea quo
onim quæstio quæ versatur in d. 6. 10 an possit fieri
rursus signinum, qui ante habebat illum terrenum.
regat quæ ex 6. filii ventis, quia hoc non est reficere,
sed de novo favore. opus signinum dictum fuit a signa
Campanie oppido, in quo primum caput. Præter ex hinc
auctoribus Cujacius lib. 27 observat. cap. 22. confici
tur ex testis contusis, calculis, et calce. Plinius lib.
35 nativæ historię cap. 12 Columela lib. 1. cap. 6. no
dicimus argamasa quare illa verba, signinum, id
est lapideum putavit barbarum phossetha Brisimij
apud Sotages. in d. 6. 10. Cujacius vero retinet, quia
etiam opus illud solet dici lapideum. sed quamvis
aliquantulum forma mutetur, refectio permittitur,
si mutatio necessaria est, et fit sine detrimento, aut
cum levi damno servientis l. 1. ult. l. 3. 6. 1. et 2. h. t.
Cepolla d. cap. 4. ex n. 61. Menoch. de remed. 7. n. 16.
Id hanc speciem pertinet disputatio Pomponij in l. 2. h.
t. labeo dicebat ex aperto rivo non posse fieri subte
rraneum, quia aliqua utilitas servienti interigi
tur, scilicet appellandi prius ad aquam, hoc sibi non
placere Pomponij dixit, quia hæc utilitas non provenit

rane rivi, sed ex occasione, et per accidens, quod non
 est considerabile. Tab. inferius p. 1. tit. 1. prim. l. illat.
 3. Cujacius tract. 9. ad Africanum in l. 44 de damno
 infecto. Unde hęc utilitas accidentalis intercepta
 non consideratur, nisi mutatio sit contraria ex presq
 constitutioni servitutis, cuius lex ad unquam observ
 uanda e, ut inquit Cuius propter obligationem personalem
 que ex contractu provenit Cujacius eodem tract. 9. in l.
 33 § 1. de servitut. rust. p. 1. et lib. 16 observat. cap. 17
 Mindan. d. tit. 12 n. 24 p. Pomponius in totum a la
 bene recessit, quid quid dicitur existimavit inter sua
 rez. lib. 2. ad l. Aquiliam cap. 2. sect. 4. n. 29.

in l. 3. §. hoc interdictum 4. et seq. extant ex
 tensiones. in quibz nihil est, quod notem, nisi quod di
 tamen expositio suadet et illustrari potest ex Martiali
 lib. 7. epigram. 60. in quo Domitianum laudat, quia dirue
 rat tabernas, popinas, casulas, quas in vicis edificaverant
 prope, et veteri latitudini vias et vias restituit.

sensu textus

alia solutio admitti?

21

exponit l. 2. §. g. h. t.

Ex dictis colligitur hoc interdictum pertinere ad opera
 in publico facta §. si opus non fiat, non erit locus interdic
 ti, quamvis ex facto resultet privatorum damnum. Unde faci
 le exponit text. aliqui difficili in d. l. 2. §. si quis in ma
 ri q. h. t. ait Ulpian. si quis prohibeat in mari piscari non
 habere interdictum, sed actionem insuriarum l. insuria
 rum 13 §. ult. l. sane 14 de insuriis, quia est conussio et
 species contumelie alterum prohibere uti illis rebus, quibus

Isaacus Casaubonus ad Spartianum in Adriano pag. mibi 75.
 Addendi sunt cultissimus vir Camiroz de Pulo ad Martia
 Lem lib. 3. epigramate 51. Henricus Salmuth ad memorabi ha
 Panciroli lib. 1. tit. 27. balnea publica, et gratuita duodecim Ro
 my fuisse ex victore tradunt Alexander d. cap. 20. Livius
 de magnitudine Romana lib. 3. cap. 8. ad curius vrbis et mulatio
 neris totidem structa fuerunt Constantinopoli octo viris, et
 quatuor ninothea faminis, ut ex long note auctoribz memorat
 inor Doni Nicolaus de castro in d. ad reparationem 7. n. 12. C.
 de aqueductu. sed quamuis publica et gratuita essent, tamen
 vel 60 sumptus balnei, vel in balnearii mercedem, singuli
 lauantes impuls quadrantes solvebant, sive quartam ari
 partem, quare res balnearia quadrantaria appellat a sca
 nera episcopa 86 sic accipiendi Horatius lib. 1. satira 3. dum
 tu quabante lauatum Rep ibi. iuuenalis satira 6. caedere
 sithiano sorum quadrante lauari. Martialis lib. 1. epigra
 mate 127. ubi Commentatores et Reuand. d. cap. 3. Haecque
 qui aliquem ab hoc communi lauans us arcebat infurians
 tenebatur, caetera de utilitate balnearum, et eorum ornatu
 et priuo lauandi ritu prosequuntur vter Bouadilla lib. 3.
 Ptolemae cap. 5. n. 55. Manna Casinus et Thomas Demisterus
 cum rutilis lib. 1. antiquitat. cap. 14. Joannes Sabaro in
 notis ad Sidonium lib. 2. epistola 2.

balnea publica duodecim
 fuerunt Romae, et in eius
 mulationem totidem fue
 runt Constantinopoli.

impuls lauantes, impuls
 los quadrantes solvebant
 quare res balnearia qua
 drantaria appellatur.

3^{um} exemplum est in theatro spectare, pertinet adie
 ditia ordinum in spectaculis tam theatri, quam amph
 theatri et ciru, de quibz ex professo egi lib. 1. opusculor. cap. 23.
 eadem exempla extant, et eodem modo illustranda in l. infu
 riarum 19. §. ult. cum l. seg. de infuriis, in qua tamen sit
 mentio alterius interdicti, quod est de locis publicis fruen
 do, in qua illos textus explicabimus.

23
 explicat 3^{um} exemplum
 remissive

Nunc de damno dispendium est ex quo hoc interdictum
 resultat, siue priuato detur, siue causae publicae, ut dixi. constat
 elegans definitio in d. l. 2. §. damnum ff. h. t. ubi verbi. dam
 num putem pati videtur, qui commodum ammittit, quod ex
 publico conueniebatur quale quale sit. exempla substituentur

24
 quomodo ad damnum detur
 ut hoc interdictum locum
 habeat.

nii, ut res ceteras, de quibus fit mentio in l. athletas A. §. ut
 Proxor 2. de his qui notantur infamia l. si cuius 13, alia l.
 equissimum 14 §. ult. de usufructu l. fitulam 29 de seruit.
 Urb. p. d. quem illustrat Suarez ad l. Aquiliam lib. 2. cap. 2.
 sect. 4. ex n. A3 l. insulam 58 §. ult. (D. locati l. qui balneum
 g. d. qui potiores in pignori hab. ideo testatores hec balnea
 solebant legare, ut proponuntur legata municipibus sibiurbibus
 in l. patronus 35 §. ult. de legat. 3. uel publici iuris, et promissis
 cui usus ea facere, ut in l. prediis g. §. balnea A eodem tit.
 notat Reuardus lib. 2. coniectaneorum cap. 3. alia erant
 balnea publica de quorum structura, et forma agitur in l. 1.
 c. de edificiis priuatis ubi Cuyacius, sed magis ex professione pro
 instituto Vitruuius Polio lib. 5. de architectura cap. 10 et lib.

testatores balnea priuata
 solebant legare.

balnea publica communia
 fuerant uiris, feminisq;
 et Sordianus uelut ne pro
 muliere lauarentur, si uis
 cum iterum assuesceret
 prohibuit Antoninus post
 itaque Alexander.

6. cap. ultimo. Hec olim ex gratia forsan more communia es-
 rant uiris, feminis que, sed Marianus Imperator pudicitie
 causa uelut, ne uiri cum feminis promiscue lauarentur
 teste Spartiano in eius uita, ~~maius~~ quod expressius narrat
 Dio Cassius Nicæus in excerptis de pestis Mianus Sponger
 teris, qui mos cum iterum assuesceret Antoninus Philoſophus
 Imperator iterum prohibuit, ut auctor est Capitolinus in
 eius uita, et iterum Alexander Severus teste Lampridio in
 eo, quod et notauit Alexander ab Alexandro lib. 4. diuis

iusta causa diuortii fuit
 si mulier in uirorum bal-
 neo lauaret.

penitentialium cap. 20. ex quo cepit esse iusta causa diuortii si
 mulier in uirorum balneo lauaret l. iubemus penult. §.
 intercalas 2. c. de repudiis nouella 22 Iustiniani cap.
 si uero 16, et nouella 117 cap. qui uero 8. circa finem
 quod etiam ecclesiasticis sanctionibus inhibuit fuit in a-
 ctione 30 concilii Laodicensis apud nrum Gratianum in cap.
 non oportet 28. 81. distinct. quo interdicitur masculis acce-
 dere ad balnea feminarum; hec est enim, inquit, apud
 gentiles prima regulentia. que uerba alludunt ad prohibitio-
 nes Imperatorum, quorum supra memini, ut notauit pyidem

explicantur uerba cap.
 28. 81. distinct.

agriculturg non enim licet tollere qdes contra arcam in qua
 fructus triturantur, si ventus necessarius ad triturationem h. ult. 8.
 ult. c. de scripturis Armenogulus in promptuario juris lib. 4. tit. 26
 infine. secunda est si quis in proprio sibi factum inutile sit do
 mino, et vicinis noceat adeo ut ex sola malitia fiat, potest enim
 eo in casu impediri l. 2. §. item Barus de aqua et aqua pluvia
 arc. cui adhibendus est Ant. Fab. in jurispruta tit. 1. §. 1. §. 2
 illat. 2. et pro tota hac doctrina illustranda faciunt ex nostro
 Jure l. 1. tit. 1. et l. 19 tit. 32 partit. 3. ubi Gregorius.

Prima limitatio est fau
 re agriculturg.

2.º e si propter malitiam
 edificetur.

Ad hanc partem spectat elegans textus in l. si per publici
 cum s. h. t. ubi docemur si privatus ducat per publicum locum
 rivum aque ex quo necesse est privato; habiturum privatum ac
 tionem ex l. 12. tab. que in hec verba concepta erat, rupitia
sarciso idert resaris quod ruperis de qua in l. 1. ad l. Aquilian.
noto illud verbum rubebis, quod est de futuro et significat hanc
 actionem pro damno futuro competere, ut restaretur solum
 antequam damnnum detur ad instar actionis de aqua pluvia
 arcenda que etiam in futurum concipitur, et pro damno non
 dum dato, textus elegans in l. labeo 21 de statuliberis ut do
 cent Accursius et Bartol. in l. 1. §. et innuit Anton. Fab. de
 erroribz pragmaticorum decade 93 errore 7. quod si damnnum
 iam datum est apitur utili Aquilia, uel in factum, ut notat
 Suarez in apparatu ad l. Aquilianam cap. 2. ex n. 45. et ut de
 incepto damnnum non detur propter iam datum competit nos
 trum interdictum, quia hec pars non ad futura, sed ad preterita
 damna pertinet, et per consequentiam futuris providet, cautio
 nem etiam de damno infecto olim potuisse exigi propter dam
 na que timebantur evenire posse ex rivis fluentis, aut deri
 nationibz aquarum notavit miles Don Nislaus de facto in
 l. ad reparationem 7. c. de aqueductu lib. 11. n. g. cum seqtz.

25
 exponitur l. s. h. t.

hec actio l. 12. tab. in fu
 turum concipitur

propter damnnum datum
 competit nris interdictum

Qui vero ex privato damno quod sentit hoc interdicto
 experitur, privatam utilitatem persequitur, quamvis de loco
 publico interdicit, unde habet facultatem dandi procurato

26
 an qui hoc interdicto ex pte
 possit dare Procuratorem.

diffa inter illum qui edi-
ficat in solo publico, et il-
lum, qui in solo proprio.

Dammum inferitur, quan-
do praedium vicini dete-
rius in se ipso reddit, non re-
gendi utilitatis intercepte.

Conclusiones deductae
a Pragmaticis.

in 66. seggy, ubi dicitur si ex edificio in publico facto nocitum sit lu-
minibus vicini, vel projectum, vel abstrus, aut alia similibus in-
modatas afferat, in quo distant opera in solo publico facta
ab illis que fiunt in proprio solo, ut Riccius notavit. Qui
enim in proprio solo facit potest interceptare illas communitate
vicino, aut circa rem sunt modo in re damnum non det. l.
sicut l. de aqua et aqua fluxu. arden. exempla extant in
l. si in meo 28. iuncta l. r. q. denig. l. 2. eodem tit. de equi
in fundo proprio fontem aperit, quo venas aquae decurrerit
in fundum vicini profudit. De puteo in l. fluminum 24
d. ult. l. Proculus 26 de damno infecto. in quo enim alii
hactenus fieri licet, dum vicino in re propria damnum non
inferat l. sicut 8 d. Aristo 5. si servitus his indicetur. Dam-
num inferitur, quando praedium vicini deterius in se ipso
redditur non recepta utilitatis intercepte l. quidam 13
de servitut. Urb. pred. l. si opus 21. d. ult. l. quidam a utulam
l. damnum 61. de R. J. docet late Cepolla de servitut. urban.
pred. eo cap. 47. ideo iuxta parietem communem non pos-
sum fabricare furnum, quia torretur paries l. si servit 27
d. si furnum ad l. Aquilianam docet et illustrat Suarez lib.
2. cap. 2. sect. 4. nec ponere balneum, quia ex crebro usu
et humore madefit paries l. spiculum 19 de servit. Urban.
pred. Cepolla eodem tractatu cap. 50. ex quo Pragmatici
multas conclusiones deducunt, vel uti hanc quam in suo
facere molendinum, vel furnum, vel ponere macellum
quamvis iuxta ipsum alia posita sint, quibus lucrum di-
minuitur Felinus per textum libri in cap. signi fiante 89 de
appellationibus latissime Partol. Jaso et Ripa in l. quominus
de fluminibus Cepolla ubi proxima cap. 51. et dicitur seggy et
cap. 64. et tandem illam nemini facere injuriam, quae re sua
et suo jure utitur de qua late Padilla in l. manifesti. n. 5.
C. de servitutibus. Puenas regula 31. limitat. l. Menoch. de
arbitrariis casu 156 Petri Barbosa in l. 2. inprimi. 2. p.
a n. 36 soluto matrimonio Ant. Fab. lib. 19. conjecturas. cap.
15. quae regula duas limitationes habet. Prima est faubre

nuper dixi; de qua concessione loquuntur textus in l. servitutes
 l. 1. §. publico de servitutibus l. in publico 18 de aqua, et aqua plu.
 arc. l. 1. §. permittitur At. cum sequitur de aqua quod id. et prima
 l. 1. §. penult. v. d. si ad vineige 10. quod ui. ar. dam l. 2. §. mori
 to 16 et §. si quis ad Princeps 16 h. t. in hac tamen Principis con
 cessione aliqua solent considerari; Primo quod optu concessio qui
 ficando in loco publico non debet intelligi cum damno alicuius
 privati, nam hoc nunquam intendit Princeps et §. merito 10. cu
 ius beneficia non debent alii esse nociva l. 2. c. de Procijs bon
 peratori offerendis l. nec auus 4. c. de emancipationibus Liberorum
 l. ex facto 43 de vrbari l. sed cum 12 ad l. cum Trebel. l. 2.
 et ult. de natalibus restituendis. Unde Principes ipsi permittunt
 ut eorum rescripta, que Jus alterius ledunt non mandentur
 executioni, sed ab illis supplicetur, ut Melius melius de ueritate
 instructi precipiant, quod rationalius est l. rescripta 7. c.
 de Procijs bonperatori offerendis l. ult. et toto tit. c. si contra
 Jus, uel utilitatem publicam, que ss. transcripte exstant
 in decreto Gratiani. 25. quest. 2. l. 29 cum tribus sequitur tit.
 18 quest. 3. l. 2. et sequitur tit. 14 lib. 4. compilationis docent
 Rodericus Suarez, et ibi Valdes a n. AA allegat. 12. fore per
 totam Couarruicias, et Vfelius lib. 1. Variar. cap. ult. Salgado
 1^o de retentione bullarum cap. 3. a prin. et cap. 7. per totum
 d. n. Solorcanus 2. d. de iure indianum lib. 3. cap. 25. et n. A2
 Salcedo de l. d. d. l. 2. lib. 2. cap. 3. per totum Ant. Fab. in purpurata tit.
 1. prin. 2. confutatione 3. et tit. 2. prin. 8. illat. 4. vna d. ad Concl.
 lib. 1. cap. 15 lit. f. et tamen si melius instructus et de iure tertii cer
 tioratus iterum concedit principali concessioni secundum est d. l. 2.
 §. si quis ad Princeps 16. h. t. qui in d. d. in te loquitur, quamuis demo
 dno prejudicio illum accipere contauerint Melius, et addentes h
 tridime lib. 2. de primogeniis cap. 7. ex n. 22. quod prejudicium
 si grauium est Principem etiam infro conuentione excusabit, uel quan
 to maius commodum publicum in eo uisabitur, uel fiet ob ma

generalis concessio Prin
 ceipi non debet intelligi
 dum damno alicuius pri
 uati.

Principum rescripta, que Jus
 alterius ledunt, non man
 dent executioni, sed ab illis
 supplicat, ut melius de ueri
 tate instructi precipiant quod
 rationalius est.

si privatam utilitatem res
faciat qui agit, potest dare
Procuratorem, et etiam
res ad defendendum se.

rem l. ei qui b. h. t. ut agenti interdicto de via publica propter
privatam utilitatem eadem facultas conceditur in l. licet
42 de Procuratoribz. Quando vero exegeritur quis hoc interdic
to propter publicam utilitatem non potest esse Procuratorem,
nisi ad defendendum l. qui popullari s. de popularibz actionibz.
non unquam tamen ita agitur popullari actione, ut actor
privatam utilitatem sui recipiat, tunc procuratorem dare
permitteretur ei, non tamen indistincte, sed cum cause cognitione
lingua de utilitate privata constat l. non eopendum 45 §. qui ita de
Procuratoribz docent in d. l. 42. Anton. Taber, Cuyacius lib. 8. Pau
li ad edictum Bartol. et Accursius, idem Cuyac. lib. 43. Picetor.
Juliani in d. l. b. h. t. Richard. in §. Summa Inst. de Inherit. n. 29
ubi alios allegat

27

1^a de ceptis nisi interdic
quando quis edificat ex per
missione l. scilicet Populi, aut
Principis.
quid intelligatur per ver
bum Legem.

Sequitur ut videamus de exceptionibz, siue quando cen
sum interdictum. 1^a extat in l. 2. Impri^o h. t. videlicet quan
do quis in publica edificat ex permissione l. senatus consulti,
edicti, Praetoris, aut decreti principis. Legem exponunt Accur
sius, et Bartol. de municipali, id est statuto civitatis, quod pri
bere solet potestatem edificandi in loco publico, ut in l. prohib
beri 3. §. flane 4 quodvis, aut clam. apud nos decreta concil
liorum possunt permitttere, ut fiant opera publica, vel priva
torum in solo publico, si valde utilia sunt, vel cause publicae
vel vicinis, et parum detrimenti afferant ipsi solo, vel com
muni utilitati, veluti extruere molendina in ripa flumin
is, et similia l. 3. et ibi Gregorius glossa l. l. 38 tit. 32. parit.
3. sed quando grande afferunt detrimentum, vel ipsa ope
ra magna sunt, licentia Principis exigitur (Benedictus de
executionibz mandatis l. §. cap. 12. n. 22. in fine Bonadilla
lib. 5. Politiaz cap. 8. n. 91. edictum Praetoris quandoque per
mitit opus facere in publico, ut in l. 1. §. sunt qui gubent 16.
nequid in flumine publico, et de senatus consulto idem di
citur in l. 2. de usurionibz. Decretum Principis est quod mo
gis frequenter exigitur ad edificandum in his locis, ut

quid per edictum Praetoris.

quid per Decretum Princi
pi.

speciale, ut notat Accursius, quia regulariter popullares actiones
 bonales tantum solent esse l. ult. de popullaribz actionibz, nisi
 est, quod hic notemus, nisi terminos ipsos. Viqz uel publicae sunt
 uel uicinales, uel privatae. Publicae sunt quas prius bariticar, nos
 uicinas, uel militares appellamus, quatum totum publicum est
 Ripa in l. 2. de fluminibz, ex n. qz. Fortunulus ad idag 84. in Ne
 sionantia de equarum usu, utilitate, et ornatu ueberum uideo
 di sunt Alexander ab Alexandro lib. 2. dierum perualium cap.
 28. Lipsius lib. 3. de magnitudine Romana cap. 16. Miridan. 2.
 180. de interditi tit. 4. per totum Salmoth ad Panisrolam lib.
 1. rerum memorabilium tit. 24. Aeneas Robertus lib. 2. rerum
 iudicatarum cap. 3. Corinus lib. 8. antiquitatum cap. 31. et
 apud nos Bouardilla lib. 3. Politic cap. 6. Viqz uicinales etiam
 publicae sunt l. 3. de locis, et itineribz publicis; dicuntur uicinales
 quae non ueniunt ad mare, portus, uel nobilissimas urbes, sed ad ui
 cos minus nobiles, et in eis etiam nomen sortiuuntur Theophilus
 in 4. item si putator in se. de l. Aquilia, addendus Antonius Augu
 stinus ad l. 12. tab. n. 14. earum solum aliquando priuatum
 est, quando ex collatione, et reparatione dominorum, qui praedia
 prope habent facte sunt, sed uis uemper publicus est d. l. 2. §. uia
 rum 22. cum seq. h. t. Priuatae uis sunt, quae ex impositione ter
 uicini priuato debentur per priuatum fundum, quae etiam diuin
 tur aptari d. l. 2. §. uiam 21. h. t. l. loci 4. si seruus uindictae
 ad quas hoc interdictum non pertinere palam est. Videamus mo
 do quid sit facere, uel immittere, quod exponit eius int. l. 2.
 §. si uis 25. h. t. in primis qui uiam publicam usat facit contra interdic
 tum, et priuatae forma tenetur eam restituere l. 3. de uia publica re
 fienda. Haec enim licet uiam publicam purpare, aut reficere
 quatenus non immutetur pristina eius facies l. 4. per totam eodem
 tit. Deniqz qui aliquid ponit in uia per quod comectus eius exempat
 et impeditus sit l. 4. 25. comectus significat faciem, et expeditum
 transitum per uiam, ut recte explicat Miridanus d. tit. 3. ex n. 30
 immittere significat quidquid usum uis impediat, uel reddat

popullares actiones an bonales solent esse.

Publicae uis sunt, quatum totum publicum est

Viqz uicinales publicae sunt

Priuate uis, siue agri
uicis sunt, quae ex seruitute
priuato debentur.

comectus significat fa
ciem, et expeditum tran
situm.

immittere quid sit.

iorem compensationem debitorum aucto ex l. item si uerborat
 15 §. 1. De rei uindicat. l. subius 11. de evictionibz l. 5. tit. 1. lib.
 2. de pignori iudgo l. 2. tit. 1. parit. 2. quas illustrant Salgado §.
 cap. 7. ex n. 28 dñus Soleranus lib. 2. cap. 21. an. 62. Romaya
 lib. 1. obseruat. cap. 1. maxime an. 90 larea decisione Granaten
 si 8. n. 47. et 48. Hugo Grocius lib. 2. de iure belli et pacis cap.
 14. §. 7. et 8. Villabona in l. 2. prologi fori iudicium ex n. 39.
 Petrus Faber lib. 2. semestralium cap. 4. pag. 48. et seqq.

28
 Secunda exceptio

nemo poterit in alius impro
 bare, quod in se commisit.

Secunda exceptio extat in d. l. 2. §. 1. idem aut 15 h. t. uel
 ti si quis sine iure prius in publico edificauerat, et postea ali
 us in publico etiam edificium ponit, quod nocet priori: non po
 test prior queri cum iure eadem in iura prius edificauerit.
 Hinc archidoges deducunt actio nemo in alius im
 probare, uel accusare, quod in se commisit l. in arenam 11.
 C. de inofficioso testam. et alia multa que in exemplum addu
 cit Accursius in pñd. quibz addenda sunt, que notant Cuyac
 lib. 11. quest. 24. in l. ult. de condit. sine causa Romaya lib.
 1. obseruat. cap. 12. n. 31. Petrus Barbosa in l. uiro 40. soluto
 matrimonio n. 16. Noto deniqz uerba summarii ind. §. 15. qui
 illicite facit, non poterit alium arguere qui ipsum in gedit in si
 mili acta, iuxta quod dicit Iuuenalis nihil iudeus iudeo, ne
 hil chabulina setepo. Hic locus Iuuenalis est casatira 2. licet
 non fideliter referatur: uersus sunt.

Longipidem rectus derideat, et iopem albus
 quis tulerit graues de seditione querente i?
 quis calum terri non misceat, et mare celo,
 si fur displiceat Verri, homicida Miloni,
 Clodius quecet. Mechos, Cathilina setepum
 in tabulam scilicet si dicant discipuli etc.

29
 Secunda pars in qua con
 tinentur huius delicti, et
 itinere publici, et de iure
 publico respicienda eadem
 tota est propter
 lib. 43.

Secunda pars huius interdicti proponitur in d. l. 2. §. 1. aut 15 h. t. ubi extant uerba Protonis prohibentis ne quid immittatur
 in uia, itinere uel publico, quo deteriora fiant. Hæc pars
 tota est propter
 lib. 43.

in directione edificii d. l. post venditionem d. de aqua et aque
 pluvia arcent. Quid significet in omni verbum restituere exponit
 in d. l. d. restitutio 43. id est formam loci reponere in illo statu
 in quo ante edificationem erat; que est vulgariis huius verbi
 significatio, ut colligi potest ex l. quod si minor 24. d. restitutio
 de minoribus l. l. ad de re putationibus l. l. c. de sententia passis, docet
 ex aliis Ant. Fab. de bonis dramationem decade 11. errore 6.
 Hoc interdictum primo et principaliter publicum est sed secundario
 et venisse interdictum quillati d. l. d. interdictum 4 ubi videndus est
 Bartolus.

quid sit restituere

Quarta pars extat in d. l. ult. h. t. in quo dicitur cavet, ut ser-
 vium publicam sine opere ne liceat, vetatque vim fieri agentibus, vel
 eundi, de qua dixi supra n. 12. et 21. tandem in l. ult. h. t. due sen-
 tentie quasi contrarie ponuntur. 1^a est edificium in publico loco
 factum non debere dirui, ne urbi ruinis deformatetur. Secunda est
 debere dirui ne ellusorium sit edificium dicitur. Recursus accipit
 primam partem de edificis perfectis secundam de inchoatis. Cujasius
 lib. 3. quæst. Papin. in l. editi d. de novi operis nuntiatio. et lib. 4. ubi
 peror. Juliam in d. l. ult. accipit de illo qui edificat contra denunti-
 ationem novi operis, et interdictum dicitur, quo in casu usus etiam
 perfectum distrahendum est. Dicitur ait 20. de novi operis nuntiatio. sed
 melius Bartolus accipit primam partem legis de eo qui edificat contra
 privati commodum, secundam vero contra publicam utilitatem, vel
 usum vie, itineris, aut loci publici iuxta ea que notavi supra n. 14
 et 20.

31.
 Quarta pars huius in-
 terdicti.

exponitur l. ult. h. t.

solutiones dicitur, et cu-
 jacii displicent.

Bartolus solutio placet.

Per hoc interdictum dicitur recurrere ei qui neopialia, vel alio
 quem locum publicum conduxit ab eo magistratu, qui habet ius an-
 tius, ne illi fiat conducenti, id est publicano l. l. h. t. ubi notant
 Recursus et Bartolus. Mindan. 2. lib. de interdictis tit. 5. n. 38. Recursus
 interdicti exceptio extat in d. l. h. t. nempe quod concedi solet, ut ima-
 gines et statue, que ornamenta reipublice sunt in publico ponan-
 tur. Possunt autem poni Principis, aut senatus decreto secundum
 Cujasium in paratilis quamvis Levardus lib. 3. coniectat non

32
 De loco publico spren-
 dalib. 43 tit. 9.

Per hoc interdictum dicitur
 in d. l. extat exceptio l. 11.

intelligitur l. 27. de con
dit. et demonstrat.

30
Tertia pars huius inter
dicti

ille tenetur restituere
qui possidet.

idem dicitur de actione
aquis obnoxio, et de inter
dicto quod ui, aut clam

incomodiorem; ueluti si immitatur immundities, ex qua transe
untibus resultat fetor, uel quodcumque aliud impedimentum, uel
et huc continetur immisit appellacione, ut de fumo dicitur in
l. sicut §. 8. Aristo 2. si uentus uindictetur notant Sotofred. in d.
§. 25. Guyac. lib. 16 obseruat. cap. 24. Guillelmus Fornerius lib.
3. selectionum cap. 9. Unde nemo potest in ipsa uia sepulchrum
ponere l. 2. de locis et itineribus publicis, et ita accipiendum e
quod supponitur in l. intestamento 27. de condit. et demonstrat.
Sepulchrum iniuria salaria patitur esse; nempe prope uiam ad
horam fundi, siue soli privati, ut docuit Ripius d. lib. 3. cap. 10.
Tertia pars proponitur in d. l. 2. §. Proter aut 35 lit. Extr
titutoria, id est continet ut restituantur locus forme pristinae, et
diruatur, uel tollatur, quod factum, uel immisum in uia est. Vi
tur Proter his uerbis. factum immisum ue habes. ex quo appa
ret illum teneri restituere, qui possidet opus, uel dolo fecit quo
minus possideret §. hoc interdictum 42. Unde aduersus eum
qui non possidet cessat §. unde ofilius 39 nisi edificauerit §. reg.
Tunc enim tenetur ad expensas faciendas in restoratione uis
et demoliendo edificio. Idem est si mandauit, uel ratum ha
bit. ceterum si opus ab alio factum, alius tenet, patientiam
tantum prestat; siue successor particularis sit, ut emptor, uel do
natarius, siue sit heres l. penult. et ult. de noui oper. nuntiati. Romal.
et Auuld. lib. 15 cap. 46. Tit. M. Richard. prim. in d. de interdictis
n. 207. Valentia lib. 2. illustr. tractatu 1. cap. ult. n. 13. idem por
sus dicendum est de actione aquis plurius l. licumquo 7. l. emptor
12 l. si uenditor 13. l. si ipse uenditionem 16 de aqua et aqua plu
uientia, et de interdicto quod ui, aut clam l. aut qui auctor §. 8.
et cum interdictum 13. et §. ult. cum duabus l. regis l. denig 13.
§. ult. l. competit 16 §. in summa (D. quod ui, aut clam l. 3. §. item
si locum 2. de alienatione iudicii mutandi. cau. fact. l. ult. de
interdictis. nisi successor sciens sine iure edificatum fuisse
et cum participatione fraudis accipit edificatum, nam tunc etiam
tenetur ad restitutionem soli, et ad prestat imensas faciendas

studii de iur. et iure, ideo post superiora interdicta apprehendimus
 que sunt iuris sacrorum. Primum occurrit nequid in loco sacro,
 per quod Preter cauet ne in loco sacro quid fiat, vel immutetur, ut in
 superiori interdictis de loco publico. comprehendit res religiosas et sane
 tit. 12. et 13. h. t. l. sanctum 8. 6. ult. de diuisione rerum sacris lib.
 2. in. tit. de iur. tit. 1. 8. 2. non tamen comprehendit sacraria, siue
 sacella privata l. 1. h. t. quia non publici, sed privati iuris ma
 nent l. sacra 9. 6. item notandum de diuisione rerum Mindan.
 2. ho. tit. 1. n. 3. Oldendorpius 2. de iur. in actione 9. pertinet ad ea ope
 ra, que loco sacris, aut sanctis afferunt deformitatem d. l. 1. si quid
 ait: non que sunt decoris et ornatus causa, uel ut si in sacro aliquid
 tur, aut collocatur crux aut crucifixus, ut docet ibi Barrol. et etiam
 restitutorium ut superius; quid quid enim in loco sacro fit dimon
 dum est et locus offitioe hinc debet restitui propter religionis et
 usum, id est alia publice cause nociam est l. 1. de locum 10. ne
 quid in loco publico iuncta l. 2. §. 1. de interdictis Pichard. prin. in
 eodem tit. n. 140 sic etiam qui stercora eperit, uel alia plerumque
 ta comportat ad parietes, uel aditus loci sacri, hoc interdicto tenet
 ut de loco publico decemur in l. si quando 17. §. ult. si de iur. reu
 dicetur. Cps cum in loco sacro aliquid fieri prohibetur, consequens
 est, ut silenti facere parit nouum opus nuntiari l. 1. §. 1. de noui operi
 nuntiat. Pertinet etiam ad hoc interdictum text. in l. si cui 9. l. Venia
 na 11. C. de edificis priuatis l. 22. et 24. tit. 32. part. 3. quibus pro
 hibetur ne intra quindecim pedes exire muros vel prope Eclesias edi
 ficia fiant, quod iam usu non obseruatur precipue in ciuitatibz
 mediterraneis, ut de Perusia notauit Barrol. in l. 2. h. t. addendus
 est Pichard. ind. prin. n. 142 et licet sacrorum cura quatenus
 officium et ministerium sine iurisdictione est ad editulum perti
 neat a l. 1. §. ult. h. t. tamen cum iurisdictione, et imperio ed tunc
 magistratus, ut olim Preter notat Mindanus d. 1. n. 12. imo
 non tantum editus, sed cuilibet de populo competit hoc interdic
 tum, ut notarunt Barrol. in l. 1. §. 1. Bonel. lib. 4. com. cap. 1. Pi
 chard. ind. crim. n. 114. Verembequius et Cuyatius in parat. lib.

comprehendit hoc interdictum
 res religiosas et sacras, non
 tamen sacraria

est restitutorium inter.

volenti facere in loco sacro
 potest nouum opus nuntiare.

sacrorum cura, sine iuris
 dictione ad editulum, cum
 ea ad magistratum pertinet

cuilibet de populo competit
 interdictum

An recte sit collocata in
hoc titulo d. l. 2. disputat.

Statue positae in publico
publicae fiunt, in privato
eius manent in cuius hono-
rem collocatae sunt.

Statue proprie in patrimo-
nio non sunt respectu cre-
ditorum.

Civitas potest agere pro
statua revulsa.

Diffa inter statuas, et ima-
gines remissius notatur.

33
Nequid in loco sacro lib.
43. tit. 6.

cap. 16. censuris potest poni ex potestate magistratus. An recte collo-
cata sit lege l. in hoc titulo dubitavit Accursius, et respondit Petrus
Pichius in notis ad collationem Romanarum, et Massanarum
tit. 2. ult. immenitio tamen, quia ut dixi est exceptio: si enim
publicanus impediatur ponere statuas, ne impedimento sint usui
loci publici non est audiendus si legitima auctoritate collacen-
tur. Atque statuae incipiunt esse postea publicae, adeo, ut cuiuslibet de populo
competat actio contra revellentem, vel solventem eas l. statuas At.
de acquir. rer. dom. immo et adversus eum cuius expensis collocate
sunt in publico, si tollere vellet, datur exceptio l. Paulus 23. de
exceptionibus, nisi qui posuit in privato solo posuit, tunc
enim publici iuris non fiunt, sed eius manent, cuius causa, et in
cuius honorem collocatae sunt, ita tamen, ut nec iudicialiter pos-
sint distrahi, nec emptorem honorum sequantur l. Fufidius 29
de reb. auct. Jud. p. vendend. neque enim proprie in patrimonio sunt
saltem respectu creditorum, quamvis privatae iuris maneam, no-
tant Cujacius lib. 10. observat. cap. 27. in fine, Rotomanus primus ins-
titution. de successione, sublati enumeratione 2. cum q. honor.
civitatis in statuis representetur, ut dicit noster Accursius in
l. 3. tit. 1. lib. 1. compilationis n. 5. consequens est, ut civitas ipsa, id
est municipi pro statua revulsa, vel subverta possint furti agere, et
interdicto quodvis, aut clam experiri l. iniqui 11. d. 1. quodvis, aut clam
ubi allegantur Accursius verbis statua, et verba vera est, ceterum si in
monumento privato posita sit, dominus iisdem actionibus agit q. 2. q.
inde etiam si statua Patris defuncti in sepulchro posita fuit, debet
causa sit, filius propter memoriam Patris, cuius fama per illam con-
tumeliam leditur, iniuriarum agere potest l. si statua 27. de inhu-
ris, iuncta l. statuas 7. C. de Religiosis, pro quibus illustrandis ad-
dendus est Suarez ad l. Aquilianam lib. 2. cap. 2. sect. 7. diffam inter
statuas, et imagines notatis lib. 2. de interdicitis, et relegatis ad l.
relegatus 17. addendus est ultra ibi adductos Salmasius ad Panciuslam
lib. 7. memorabilium tit. 37.

Sacra religiosa, et sancta publici iuris etiam sunt l. 3. d. huius

sacrae

tum, et interdictum ad commendandum corpus defuncti sui, dum
 locus proprius prece est L. si quis 6. §. si quis 6. communi dividendo
 item de socio L. si fundus 39 pro socio, denique si quis habet servi-
 tutem uic infundo, et in loco destinato seruatur dominus fun-
 di uide in fere cadauer hoc interdictum superat illud de iohene
 a theque priuato propter rationem religionis, si dominans potest
 alia serpere in fundum seruientem §. 2. §. locum 8. de religio-
 nis, que omnia fauorabiliter admia sunt ob causam religio-
 nis. M. d. n. 2. Pichard. ubi proxima n. 135.

In interdictum superat interdictum
 de iohene, a theque priuato
 propter rationem religionis.

Ad hoc interdictum pertinet quod sanatur in L. ult. c. de
 sepulchro violato, nouella 60 cap. 1. L. ult. tit. 13. partia 1.
 §. 13 tit. 19 part. 7. ne ob debita qualiacumque sint cadauer de-
 bitoris arretetur, id est insepultum detineatur, item et illud
 ne admittatur appellatio a decreto de cadauere sepeliendo, sal-
 tem, quoad effectum suspensiuum speret enim impedimentum
 sepeliendi, quod iure non licet, ut a simili probant textus in L. ult.
 de appellacionibus recipiendis, uel non cap. qua fronte 25 extra de appel-
 lacionibus, et interminis in cap. ex parte 5. de sepulchris ubi glo-
 uerbo post appellacionem, et ibi Antonius Francus in additionibus
 ad Panormitanum littera A. Barbosa ex n. 2. et ad Tridentinum
 ses. 25 de regularibus cap. controversias 13 n. 8. Mirandaus a tit. 2.
 ex n. 26 Pichard. in d. prin. ex n. 136 Lara de capellanis lib. 1.
 cap. 24 n. ult. Stephanus Gratianus decisione 132 n. 1. ides pro-
 ceditur summarissime leuato uelo sine strepitu et figura sedis
 in Tridentinum §. cap. 13 et ibi Barbosa n. 13 Salgado de Re-
 gia protectione 2. §. cap. 9. fore per totum. Iudex competens
 in his controuersiis decumalandis cadaueribus, et ordine pro-
 cedendi in funeribus, et ceteris processionibus, est ordinarius ecle-
 siasticus et iam inter confraternitates laicorum Tridentinum
 d. cap. 13. sunt enim causę spirituales a quibus iudex
 laicus in hibitus est de iure cap. decernimus 2. de iudiciis

35

ob debita cadauer insepul-
 tum non ~~potest~~ detineri, ne-
 que admittitur appellatio.

Iudex competens est ordina-
 rius eclestasticus.

qui hostili animo transcendit
muros capite punitur.

ad hunc tit. uidetur, quod is qui violat muros capite punitur
Lult. de iur. rer. sed illa violatio intelligitur de eo qui hostili ani-
mo transcendit, ut patet ex Remi exemplo ibi adducto iunctis li-
uis lib. 1. Allicarnates lib. 2. cap. 90. notariunt que Bonel. 3. cap.
1. in fine Leonardus de auctoritate Prudentum cap. 1.

34

De mortuo inferendo et
sepulchro edificando lib.
4. tit. 8.

Collocationem huius interdicti taxat Nindarus 2. tit. tit.
2. in prin. quasi sub lib. 43 debuit et collocari, quod non magni
momenti est. Per illud uetat Pretor uim fieri ei qui habet, si in-
ferendi mortuum, siue in ipsa illatione, siue in itinere per quod
funus ducit & l. inst. de interdictis. est etiam ad idem comparata
actio in factum Loua 8. de Religijs. et sumptibus fun. diuersi
tamen respectibus, quia si in breui spectat expediri cognitio agitur
interdictis, ceterum si longiori mora opus est, in factum agitur
et interim in alio loco cadauer commendatur. Perquam actionem
interesse persequimur funeris perturbati, et omnes sumptus &
l. 8. §. ult. cum l. seq. ubi Ant. Fab. et in l. 43 eod. tit. Pichardus
inst. de interdictis n. 124. Hic tamen interdictum continet causam
proprietatis l. 2. §. quidam de interdictis, quia non preparat
causam, nec de quavis possessione ista agit sed controuersiam de
funere faciendo inle, ut argumento ex l. 1. §. ult. de aqua quod.
et ceteris docent Cuyas. lib. 5. obseruat. cap. 19. Pichard. ubi proxi-
me n. 132 et seq. est fauorabile, et multa contra iuris stricti
disciplinam continet, quia summa est ratio que pro religione
facit. Sunt generis 43 de Religijs. quam illustrant breuiter
Guillelmus Pomerius lib. 3. Selectionum cap. 11. in fine Leonard.
lib. 3. Variorum cap. 3. Cuyatius lib. 3. obseruat. cap. 22. et lib.
11. cap. 11. et lib. 24. cap. 23. aliqua crisi, sed parum necessa-
ria Allicarnas Valazquez consultatione 67. n. 7. ideo licet conton-
gat aliquando, ut qui infert cadauer non faciat locum religionis
neq. iustum sepulchrum; nihilominus reddat interdictum, ut
de proprietario et socio dicitur in l. 43. iuncta l. 2. §. 1. eadem tit.
item de proprietario in l. locum 17. de usufructu, iuncta l. 2. §. 1.
de usufructu 7. et l. ult. de Religijs, qui etiam agit in fac-

interdictum summariam
causam, actio in factum lon-
gorem moram desiderat

Hoc inter. continet causam
proprietatis.

Summa est ratio que pro reli-
gione, facit.

bene facere homini, ut Papinianus dixit in l. de iuris T. in fine & de iuris exortandis, cuius sententiam illustrat Merillus lib. 1. obseruat. cap. 12. propter cognationem, quam inter nos natura constituit l. ut uita 3. de iur. et iur. natur. q. ad tuendam orationem natem libertatem d. l. 1. §. 1. quia non multum distat a seruitute detine- ri inuitum in iuris, et illi denegare facultatem recedendi l. 2. §. 1. facit text. in l. Titio centum 71. §. Titio centum el segundo de condit. et demonstrat. quam rationem illustrat Cuyacii. ibi lib. 17. quest. Papin. Ponton. Fab. in l. uis in iura et it. 3. prin. 2. illat. 13. m. lib. 1. qui conperunt osu ad adfionel. lib. 2. cap. 9. lit. f. Vata lib. 2. illustr. tract. 2. cap. 4. n. 40. Amaya lib. 1. obseruat. cap. 6 per totum. Frequentiorem casum huius interdicti notauit lib. 8. oges- cul. cap. 7. facit propter pcedones, gratatores que, qui non conten- ti pecunia et supellectili uia totum personas quo que detinebant, do- nec se pretio redimerent: nunc in eadem opinione peritio, co- maxime, quia hoc interdictum concurrat cum l. Fabia de Plagia- rius contra illos lata, qui homines detropiunt, uel interceptant l. 3. in prin. §. 1. l. A. Non statim 6. §. ult. (D. l. si fratrem §. C. ad l. Fabiam de Plagiariis, nec alterum iudicium alterum consu- mit, quod regulare est l. unico C. quando ciuili actis crimi- nali pcedit Paulus lib. 5. de iudicium tit. 6. §. aduersus 1A, et ibi Cuyacius, et lib. 20. obseruat. cap. 26. Suarez ad l. Aquiliam lib. 3. cap. 1. maxime sect. 1. n. 22.

frequentior casus huius in- terdicti est propter pcedones, qui uia totum personas detinebant donec se pretio redimerent.

concurrat cum l. Fabia de Plagiariis, nec alterum iudicium alterum conuenit.

Notanda sunt illa uerba Ab malo, que significant hoc interdictum reddi tantum contra illum qui fraudulenter ho- minem liberum detinet: q. si ex iusta causa detineat cessat interdictum l. nullus §. ubi Petrus Fab. de l. 1. Richard. in §. ita tamen a n. 27. inst. de iur. bonor. raptor. ex quo Sargar Man- sius in dissertatione de interdictis n. 102. eleganter deducit Pro- rem in hoc interdicto audire exceptionem arce propositam: quia summarissima cognitio, et processus tantum locum habet contra

38
si ex iusta causa quis deti- neat cessat interdictum.

in hoc inst. audiuntur excep- tiones arce propositae.

quando queritur est mari
facti. Satis est competens
iudex.

cap. bene quidem. qd. distinct. docent in terminis Navarro lib.
2. tit. de foro competendi consilio. 3. n. ult. Gratianus decr. 232
n. 2. Sara. tit. cap. 24 n. 29 Salgado 8. cap. 9. n. 3. et A. Hermo
silla in orlo qd. 55 paratiz n. 88. et fuit doctrina originali Danti
in l. id. de Collegiis, et illicitis coronis n. 15. v. quero coram
quibus quando tamen incidit quæstio mari facti sine ullo in
voluto Juris, et tantum de usu, observantia, et quasi posse
sione queritur etiam laicus est competens, saltem si frus sit
laicus, ut supponitur in cap. ult. de iudiciis cap. causam que
et secundo filii filii sint legitimi docent Covarruvias eptegic
cap. 35. preclar. n. 1. Eutierrez latissime lib. 1. Canoniarum
cap. 34. ex n. 16 Barbosa in l. Titia 35. abuto matrimonio ex
n. 20 Valazquez consultatione 11. n. 2. Saegun ex professo ind.
cap. decernimus ex n. 60. Cavallos de cognitione per viam
violenti 2. q. quest. 65 per totam, dñus Solotannus 2. homo
de iure indianum lib. 3. cap. 3. n. 35. et 36 et in publica
decisione supremi consilii Hermosilla ubi proxime n. 113

36
2. pars pertinet ad sepulchri
edificationem, refectionem
et inchoati perfectionem.

Secunda pars est de sepulchro edificando, ut vis non
pat. ei, qui vult sepulchrum construere ubi cadaver sepe
fuit l. 1. §. Prætor §. Prætor. est etiam propter causam religionis
§. interdictum 6. pertinet ad edificatibnem, refectionem, et in
choati perfectionem, ut constat ex §§. seqt. cetera que non
sunt magni ponderis prosequitur Mindanus §. de. l. ex n. 14

37
De libero homine exhibi
endo lib. 43. tit. 29.

Verba interdicti
comparatum est propter pu
blikam utilitatem.

Competebat etiam interdicta de rebus humanis extra co
mercium positis, quales sunt homines liberi l. inter singulantes
83 §. sacram l. C. D. non sunt prohibitoria, ut precedentia, sed
exhibitoria: primum occurrit de libero homine exhibendo, cu
ius hæc sunt verba proposita in l. 1. quem liberum solo malo reti
nes exhibeat. queritur in eo non de possessione, aut dominio, sed
de affectione l. 2. §. 1. de interdictis, et propter publicam utilitatem
comparatum est l. 3. §. hoc interdictum q. b. l. quia interest homini

cap. 17.

39

Mittitur obiectio ex §. 1. No exhibitoria inst. de interdictis.

ubi exhibitoria sunt perque iubet exhiberi, veluti cum de cuius libertate agitur. ipse in mota causa libertatis locus est interdicto. Facilis tamen est solutio, nam commisso Cuyacio ubi proxime dicendum est duas esse partes interdicti; altera est ad exhibendum, altera ad duccendum, eum que comportandum hominem exhibere est palam facere extra secretum ponere §. 1. §. 3. §. exhibere §. 2. de exhibendum. igitur ex prima parte interdicti agitur ante iudicium liberale, ut homo in loco tuto aperto set palam ponatur. sed non ut ducatur, de quo loquitur text. in §. plane. addendi sunt etiam textus in l. de eo §. 2. cum seq. ad exhibendum, et ibi Faber, melius quam Cuyacius quem sine iudicio, et improbat, et sequitur Seneca in conciliatione se quem pag. mifi 801

Secunda pars huius interdicti est de libertate exhibendo, cuius meminerunt Justinianus in d. §. 1. Valerianus in d. §. 3. §. 1. competit patrono propter privatam utilitatem si desideret exhiberi sibi libertum ad editionem operarum, nec alii competit, ut notavit Mannius in predicta dissertatione ex n. 103.

40
Secunda pars non alii competit quam Patrono, ut liberos exhibeatur.

Hoc interdictum est etiam exhibitorium. competit Patri qui filium habet impotestate adversus eum qui dolo malo filium retinet l. 1. h. §. 1. inst. l. 2. §. 1. de interdictis. Ergo nec matri redditur, nec Patri pro filio emancipato, ut comulcundum est nel. 2. §. rubricae C. de Bonis maternis n. 5. et Mannius in dissertatione de interdictis ex n. 107 concurrat que cum vindicatione ex jure quiritium que Patri dat §. 1. §. per hanc de rei vindicatione. ex eodem rone Patri competit actio furtiva pro filio subrepto Leon qui 14. §. si filius 13. l. si filius 37. de furtis §. interdum g. inst. de obligationibus que ex debito nascuntur propter interesse pecunia vident interceptionem, quod resultat ex acquisitione filiorum, ut docet Cuyac. lib. 21. servat. cap. 20 et lib. 23. quest. Pagin. in l.

41.
De liberis exhibendis vel duccendis lib. 43. tit. 30.

Hoc interdictum reddit matri, nec Patri pro filio emancipato.

Patri competit rei vindicatio, et etiam actio furtiva pro filio subrepto.

qui hominem liberum retinet
tanquam Patrem, non tenetur hoc
interdictum.

nec Mater

nec qui alumnum detinet.

nec qui filium noxę deditum
detinet.

nec qui hominem ab herede
redemptum sine pig-
noris natus, retinet.

nec hominis liberi bonę
fidei possessor.

exponit l. 3. §. Tibi aliena
nec hoc. tit. reiecto Cuyac.

debo. detinentem Lult. & nullo tempore h.t. Ex hac doctrina expli-
cantur multa exempla, que iacent sub hoc tit. Primum in l. 3.
& si tamen 2. l. t. de eo qui hominem liberum retinet, sed tan-
quam Pater, et iure potestatis, imo licet sit mater, uel filius eman-
cipatus sit, ceuat interdictum si retineat rone pietatis natus, id
est per uine, ut dicitur in §. si eum 4. quem post uetere, explicat
Pothus in rubr. C. de Omnis maternis 2. §. in 7. uel si retinet
alumnum, aut noxę deditum, ut ibidem dicitur: alumnus est
quem quis domi sue, misericordię causa aluit, uel alum natus
est, ut de cupidine Venus loquitur apud Aquiliam lib. 5. mite-
siarum, multa adducit Cuiuslibet de partu cap. A. n. 40. Homo
liber noxę deditus erit filius familia, qui ob damnum alteri
datum noxę dedit a Patre olim potuit, sed iam non potest & uel
inst. de nozalib; actionib; cuius ueteris iuris uestigium in hoc
repro odorantur Cuyac. lib. 13 obseruat. cap. 9. et h. 2. diffonum
Papiniani in l. sanctis 41. de panis Pothus in notis ad collationem
Stimii tit. 2. Suarez ad l. Aquiliam lib. 2. cap. 2. sect. 3. a n. 36 Ter-
tium extat in l. si quis eum 3. eiusdem l. de eo qui redemit homi-
nem liberum ab hostib; et eum detinet rone pignoris natus quod
consequitur, donec se rehuat, de quo iure ex hofeuo qui lib. 6. opus
culatum cap. 12. uel si quis detineat hominem, quantumlibet
liberum, & se tamen bona fide possesum l. si quis 4. §. l. h. t. uel
si de eius statu dubitatur, et se in libertatem petat §. l. 3. §. pla-
ne 7. quia interim retinetur in quasi possessione ultimi status
l. ordinata 24 de liberali causa; et agendum est liberali ju-
ditio abque eo quod fiat prejudicium alię cognitioni uel di-
citur in d. §. 7. Aliena cognitio explicatur aia cognitio, diuer-
sa cognitio, qualis est cognitio de libertate, que apud alium ju-
dilem perapebatur, cum interdicta proponerentur coram iu-
dore, ut explicat Accursius et post alios Mansius ubi proxime
n. 96 nec faciet nimum adumen Cuyacii lib. 29 obseruat.

summebat topam putam, seu virilem Macrobius lib. 1. Saturnalia
 um cap. 6. Uiderit de etate interse uario digladiantes Petrus
 Crinitus de honesta disciplina lib. 3. cap. 7. Volfangus Lazius
 de republica Romana lib. 8. cap. 2. Labarus Barbas de reue
 tiaria cap. 10 Thomas Democritus ad Rurium lib. 5. cap. 32. Bu
 deus ad Sultimam de Senatoria Antonius Augustinus lib. 3. eman
 dationum cap. ultimo Menoch. de arbitrariis Eam 53 an. 35. suad.
 ad Bonel. lib. 3. cap. 14. lib. 8. Reuand. in l. 2. §. 1. de h. s. Richard.
 in §. 1. de infortis n. 51. Mater uero familias in nro textu dicitur
 notz auctoritatis, et pudicitiz femina L. probium At §. 1. de ritu nup
 tiarum Item apud Labonem 15 §. si quis virginem 15 de infor
 nis l. pronuntiatum At §. matrem familias de u. s. l. que ad uer
 rium 29 C. ad l. Juliam de adulteris noiant Richard. ubi proxime
 n. 50 Cuyac. lib. 3. seruat. cap. 18 Reuand. lib. 4. Variisum cap
 22.

Hec pars interdicti non competit contra filium, nisi si qui
 eum defendat l. 3. §. hoc autem 3. exceptio ponitur in l. si eum
 A. nempe si incidit queritio simul de hereditate: ueluti si dico
 filium meum esse, et simul iuuu meo aduise hereditatem: quo
 in casu etiam sine defensore de interdicto queritur apud Judi
 cem qui de hereditate cognoscit propter incidentiam Si. C. h. t.
 iunctis l. quoties 3. C. de iudicis l. liber 8. C. de petitione here
 ditatis l. et 2. C. de ordine iuditionum. Alius casus incidentie
 proponitur in l. si putas 6. C. ^{de petitione hereditatis} ~~de~~ uel de h. s. Tutores a Præside
 dati sint negotij tam ad personas, quam ad hereditatem pa
 tornam, et diuis præcedat malè tutores datos fuisse, et nego
 ter in sua potestate consistit, hereditatem que filii ad se spec
 tare. Apertur coram iudice hereditatis, sed facilius deconitur
 interdictum cum sint Tutores qui pupillum defendant. No
 tandum q. est cum Cuyacio lib. 3. seruat. cap. 13. inter Patrem
 et filiam in potestate consistuntur licet esse posse si de patria

Mater familias dicitur
 notz auctoritatis, et pud
 citiz femina.

AA
 inter. non competit contra
 filium, nisi si qui eum de
 fendat.

Excipitur casus l. A.

excipitur etiam casus l. b.
 C. de petit. hereditate.

inter Patrem, et filium po
 test esse controversia, et h
 de patria potestate.

soluitur difficultas L. 55 § 1.
de fideicomis. Libertatis

A2

Hoc interd. extensum fuit ad
maritum potentem uxorem du-
modo non intentetur in uita et
nam tunc interdictum unde
ui locum habet.

A3

1. pars interd. est preparatoria
posterioris
regulariter non admittuntur
exceptiones in hoc interd.

quis dicatur potestatus
Mansius.

sisto A4 de Uicapioribz unde matri illa actio non potest compe-
tere L. matri 38 de furtis. in summa haec omnia prodeveniunt et fi-
re reali, quod Pater habet rone Potestatis dicit Cuyac. ubi proxi-
me et Mansius n. 111. Bone. Fib. lib. 19 conieciar. cap. 20. Costa
in cap. si Pater 19. verbo moreretur n. 6. nam actio quae decernit
matri pro potendo filio in L. sed et si 55 § 1. de fideicomis. Libertat. non
est uindicatio sed avertio pro libertate, ut dicit Pinel. ubi proxime
n. 6.

Ex receptis Pius Cui hoc interdictum extensum fuit ad mari-
tum potentem uxorem, etiam contra Patrem, qui eam detinet Paulus
lib. 5. sententiarum tit. 6. §. bene 19. l. 1. §. ult. cum L. seg. h. t. L. ult. c.
eodem ubi post Cuyacium Socred. L. in uita 11. c. de nuptiis, ne bene
concordantia matrimonia prorege Patris potestatis dissoluantur
aut turbentur Paulus in d. §. 18. facit et de eiusdem consulti lib.
2. sententiarum tit. 19. §. 2. illustrant hanc rone Cuyacius in d. §. 15
Briouius lib. 2. de iure conubiorum pag. 290 in magnis. Sadius
Mansius de dignitate juris collatione lib. 1. cap. 5. Et hoc tamen
interdictum, neque uxor in uita, neque filius contra uoluntatem retinetur
L. ult. h. t. quod si recesserunt ad rone Patris maritine interdicto un-
de ui petuntur de quo dixi supra §. 5.

Secunda pars interdicti est de ducendis liberis perquam Pater
sicut filium secum ducere, ducenti que uis fieri prohibetur L. 3. in
prin. h. t. Prima g. pars est preparatoria posterioris §. 1. eiusdem
L. et quamuis regulariter non admittuntur exceptiones in hoc
interdicto L. 1. §. 2. h. t. tamen cum datur rone potestatis si de
eius defectu iudicatur discrepanda est L. 1. §. 1. pari modo A. h. t. Ubi
semper uis hic n. 5. Mansius ubi proxime n. 113. deinde si peri-
culum sit inductione suspenditur interdictum, et apud honestam
matronam, uel personam Virgo uel prorextatus deponitur d. L.
1. §. si uero 3. L. 9. §. hoc interdictum h. t. L. 3. h. t. superiori. Prorextatus dicitur Iuuenis qui summe et rone prorextatus pot. deci-
mum quartum annum, usque ad decimum octauum in quo

93

si non sit questio incidens, nec
qui filium defendat agit da-
ter cognitione Dretoria.


quid sit cognitio Dretoria.

potestate controversia sit, ceterum si neq; sit questio inci-
dens, neq; adii qui filium defendat, apitō Pater cognitione
Dretoria, uel p̄iudicis, que sunt actiones de statu d. 8. hoc
autem l. 1. d. de rei vindicat. l. si filius §. de probationib; cog-
nitio Dretoria est, cui ipse Pater assistit non dato iudice, de
plano, extra ordinem, set sine observatione p̄iudicialis, de qua
in l. in caus; 13. v. interdum l. minor 39 de minorib; no-
tant Cuyac. in d. l. 18. Quarens ad tit. de probationib; cap.
3. v. de iudic. secundum genus Anton. Fab. lib. 19. cōiecturor. cap. 20. §. i.
p̄i sententis lib. 2. de iurisdictione cap. 22. Reuad p̄iudicialium
cap. 6. Oruald. ad Donel. lib. 17. cap. 8. lit. l. et cap. 22. lit. f. et tri-
bus regn; (Denig) siue interdicto agatur, siue cognitione Dretoria
aut p̄iudicio. si Pater qui filium petit in potestatem uili; persona
sit, set filius impubes suspenditur cognitio instar Carboniar; ut
que ad ubertatem filii l. 3. §. Julianus h. t. quem explicat Cuyac.
tractatu 4. ad Africanum in l. 4. eodem. et hec de interdictis
dixisse sufficiat pro hoc octimestri, gratias referamus Desnos-
tro, et Senatori Jesuchristo, qui metam tetigisse nobis dedit, cum
Spirita Paradio, omnia que dicta cadant in eorum laudem. Vir-
gini; que Mari; ad, que peccati originali labe concepte. Dion; Josephi
Philippi Neri, Francisci de Azeis, de Paula, Xauier, de Borja. Anto-
nii Paduani, Hieronimi, Iohannis a Sabagun, Ignatii de Loio lo-
Dominici a Soriano, Vincentii Ferrarii, Rudouici Vergerandi, Thom; Aquinatis, et a Villanoua, omnium que celestium inuictarum.

si Pater sit uili; persona, sus-
penditur cognitio usq; ad puber-
tatem.

Finis fuit hic tractatus, salmantic; die 22. mensi Junii
auctore P. P. Josepho Fernandez de Retes in salmanticensi ita-
demia reuerent; Regum cathedre eximio moderatore.

94



—


96

Sub titulum de re iudicata
noui tractatus Aca
demici.

non abum tineri, quam quod in iure consuetudine rei,
et illi quasi incubat, quam Dregi, et Paulus noster ait
Cathogen appellat, id est realem occupationem, et tentatis-
nim, et incubationem designantes actionem ipsam, sive
factum possidendi, standi, et abundi in re possida, d. l. 3, d. ex contrario

ut indicant, magis quam docent. Bartolus in d. l. 2. n. 2. Cas-
 trancis n. 16. Alciatus n. 2. Romulus n. 16, et 17. Cuiacius Qua-
 ronus, et Ejanus n. 1. Donellus lib. 4. n. 19, et ibi. Orualt. lit-
 tera Valencia lib. 1. illust. tractatu 2. cap. 4. de iurisdictione, no-
 vissime Jacobus Pandus Sabinus de iure publico, cap. 55. On-
 de aventini non possum Angulo Spanochio, et Alexandro
 Turamino, quo. refert Antonius Moronda lib. 2. contro-
 versiarum, cas. 18. n. 5. ex iurimantibus antiquis prius do-
 minium singularium rerum, et personarum possessione, cum
 qua contra iuris, et facti naturalis: ut hanc causam, tum quia
 in doctrinam nostram. peccat, a qua facile recedendum non
 est. Non etiam possum aventine ex iurimantibus dominium
 non posse sine possessione ^{si quis} longi enim alia est mens brevis
 hanc. At ex dictis constat. De civitate autem huius assertionis
 Nigutari late sequens Douel. lib. 4. comment. cap. 19. contra
 nostrum Valencia d. cap. 4. per totum, in primis recitatio-
 nis. ad hunc hanc. selecta 1.

Dominium singularium
 rerum non est antiquius
 possessione.

Dominium potest adquiri
 sine possessione.

6

Res natura, siue
 primus possessionis.

Huius naturalis, siue primus possessionis, actus ita-
 re in multis iuris articulis, docet Paulus in d. l. 2. d. 1. Quidam
 enim tam abundant natura. usitat ut gorgethus vacua sint, nec
 possit tota ab omnibus occupari, alia sunt que propter naturam suam
 fugiunt, hac occupatione quo. cum hanc adit in primo rerum sta-
 tu permanent, consequuntur et, ut non alio modo adquiri possint,
 quam primis illo occupantibus. Exemplum apponit hanc. in his,
 que in celo, terra, marique capiuntur qualia sunt bestie, pis-
 ces, et volatilia, que pertinet rerum fructusque primi ea occu-
 paverint, aut possessionem apprehenderit. l. 3. d. item fructus 14.
 cum sequentibus. hoc tit. l. Item fructuarium 62. d. 1. de occu-
 patione, l. hinc et labra 13. de iur. piscis, cum l. sequentibus, de actio-
 nibus. imp. l. 3. d. quicquid, cum sequentibus. l. ad hoc, l. d. Pompeius

Exemplum apponit in his,
 que in mari, celo, terraque
 capiuntur.

44. In lactum ss, de acquir. rer. dom. l. in iniuriar. 23, d.
 ubi de iniuriis l. 19 et sequentib. tit. 28, partita 3, et per con-
 sequens non manet in cap. iuris dominis, nisi quoadiu cas
 naturaliter possiduit et occupaverit sub custodia, quare ri-
 se propriant in pristinam libertatem, statim cum possessione
 dominium earum amittatur, ut constat ex ed. l. Ex his cla-
 rum quod iatur exemplum restituimus possessionis, que ca-
 pitali detentione indigebat, et simul continua retentione, et
 notat Covarruvias lib. 2. de variacione cap. 5, n. 6, et in regula
 societatum 2 parte, l. 8, n. 24, et 25, Monchaca lib. 7. illustrum
 cap. 57, n. 22, Cuiacius lib. 4. observat. cap. 2, Sifanius im-
 3. pract. an. 82, Oviald. ad Donel. lib. 4. cap. 20, licet in 2. Sua-
 vel de Mudo ca ad l. Aquilam, lib. 2, n. 22, Valencia d.
 tractatu 2, cap. 4, n. 288, et 29.

Quas res. tandem do-
 minium habemus,
 quoadiu eas posside-
 mus

Non in agris idem iuravahit, nam cum latissimi
 campi paucis paterent hominib. tantum quis agrum pro-
 sumebat ex terra vacua, quam sibi quis iura ad neces-
 sarios, et ad victum, frugib. que ex terra levatis glaba in com-
 mune rediebant pro agris labore. Hunc vnum statum con-
 sideravit vulgo adductu. Virgilius lib. 2. Georg. cum occidit
 tunc fas non fuisse campum limiti partiri, et Tibullus lib.
 2, elegia 3, his versib.

In agris Non idem iur-
 vahit.

Non domus ulla fores habuit non fixas in agris
 Qui regeret cunctis finis. arda lapis.

Conducit Sauterius lib. 5. de iuramentis in attribitum, cap. 5, ab imo-
 viciam, et temperantiam primi seculi depingit; sed pro goga-
 si hominib. fundorum Fomina cogorunt, et domini posses-
 nes suas limitib. et terminis consignabant, ut ait Ovidius lib.
 2, Metamorph.

Cautis humum longo signavit limite muros.

Ex quo dominia discreta sunt. l. ex hoc iure, §.

ff. de iustitia et iure, et alia forma data fuit rebus in possessionem et dicam cap. sequenti.

8

Revertuntur utroque in re. immobil. ex iure quo

Exempla in immobilis
naturalis possessionis.
Sic, aqua in flumini, ma-
re et littora.

nunciatimus, ut hinc, et naturali possessioni, ecce aer, aqua
profundum, et mare, et littora maris, ita omnia communia
sunt, ^{ut} omnes res vrant, et dant in im cuiuscumque occupant. l.

De iudicio, c. 1, §. 2 in tit. ^{de ver. diuis.} ~~de ver. diuis.~~ l. 3, tit. 2, §. 8, part. 3, et de
cuiuscumque licet gillas in mare iacere, et ^{adi} efficacia extruere dum
iuri publico non officiat, ita casam in littore maris ponere
in qua se recipiat, et fluminis profluentem aquam in fundum
suum ducere sine publico incomodo, in quo nulla sit coactorum
iniuria, quia haec omnia tam ampliter, abundantiusque sunt

Non obstat quod municipi-
ali statuto obstruatur
ius naturale.

anatura subministrata, et sunt, quia maiori ex parte vacua per-
manant. Nec obstat si hoc vel illis municipali statuto obstruatur
tum sit hoc ius naturale, quia ut Cuiacius ait lib. 4 observat.
cap. 2, subactum diu deo, non immutatum, quidquid imme-

Haec omnia tandem nostra
sunt, quando naturaliter
sunt possidentur.

nito reclamet, sed in mari clauso, lib. 4, cap. 2, ea tamen
omnia tandem nostra sunt, quando an dno naturaliter occupantur,

Quasi sublata casa, quae
ad ius postliminii re-
vertitur in pristinum
statum.

quam ob rem si ruat domus, quae aerem occupat, aer ad prius statum
statum revertitur, aqua profluens postquam fundum abuit com-
munis manet, ^{ut} libertas maris sublata casa ibi imposita, qua-
si quoddam iure postliminii revertitur in pristinam causam,
l. in tantum §. de ver. diuis. l. quod in littore et, de acquir. ver.

Occupationem littoris
iure Rom. quis erat pri-
mario de iustitia.

dom. Acinus summo cum inguis Theratius in d. l. 14, in prin-
cipio, hanc occupationem comparavit capturem piscium, aurum,
et ferarum, quae in dominis nostro tantum permancant quan-
diu eas apprehensas retinemus. Scio ad occupationem littoris
quis esse permiscam praeteri Romanis institutio, ne forte ve-
ri publico incommodum et firatur, l. quamuis so, eodem tit.

Iure gentium mare et
littora occupantur sunt.

Sed haec institutio non curauimus, sibi enim constat ex ipso
iuri Romani. Cuius quod iure gentium mare, et littora

isurum cedere cuiusque occupant, Et agnoscunt Caldonus
 D. lib. 1, cap. 24 in fine, Irdius lib. 2, De iure belli, et pacis, cap.
 3, § 9, et in notatis Don. lib. et Oruald. lib. 4, cap. 1, littera F, et cap.
 9, littera F, et D, Valonia lib. 2 illust. tractatu 1, cap. 1, n. 22
 et 23, et probant dicitur t. x. in. 1, §. aduocatus § 8, cum sequent, L.
 littera §. L. in littera 4 ff. ne quod in loco publico, et elegans Vi-
 giani locus in L. 1 §. quod si quis 18, De nouis operis nunciatis
 ne, ex quo Baldus, et post alios antiquiores Ioh. fredus in d.
 §. 18, Tuscus tractatum conclusionum, littera V, conclu-
 sione 70 in principio, Oruald. ad Paul. lib. 4, cap. 9, littera F Tran-
 sicus Marcus, 2 parte, de iurisdictione 270, n. 22, Valencuela consilio
 109, n. 45, vers. quorum, Irdius de iure publico cap.

Ex hoc inferat Vene-
 tos imperio Rom. non
 subici.

§ 5, n. 3, deducunt Venetos imperio Romano non
 subici quia in mari ipso, et circumiacen-
 tib. paludib. sedes locarunt, et propria
 maria sibi fecerunt nisi in ca-
 ptus sint a quibus ruina
 ex bello F. H. ut nar-
 rant post antiqui-
 ores Varro, in
 anno D. xi.
 455, cap.
 91

Paulorus volumine 2 Cronica gentium, cap. 25, Cleuonius
 Italicarum antiquitatum, lib. 1, cap. 28, nos-
 tre lauedra in conico Geli-
 co cap. 6. §



Lapilli, gemmis, et anionib. in litore inuentis, ²⁴⁴ ~~quod~~ vius fi-

Lapilli, gemmis, et anio-
nes in litore inuente
rimo occupanti cedunt
iure gentium capta in
bello iusto capiunt. et
iusto capiunt. et
iusto capiunt.

unt qui primus eorum possessionem nactus, adeo ut non possit
separari a possessione possessionis ab acquisitione dominii. Et ut
de singulis de quibus, constat ex iure gentium, capta in bello
cedere, d. ca. 27 incit. de rer. diuis. l. naturalium
§. §. Alt. l. adeo 7, l. transfigam §. de acquir. rer. dom. l. si quid
in bello 26, de cap. iuris, l. cum sequuntur. tit. 26 partita 2,
cap. ius gentium, cap. ius militare, l. dist. cap. dicat aliquid 23,
quest. 5, Cibus apud Inofontom, lib. 5 de iuris institutione hoc
iure vocavit l. cum giter nam ut capta hostium vobis, res, at que
pecunias cedunt victoribus. Aristoteles lib. 2 politiorum, cap. 9
commune factum inter homines appellavit ut bona victi in vic-
torum transferuntur, et idem Philozophus lib. 2 de republica, cap.

Probatur hoc de iure di-
uino.

§. §. dare docuit rom. militarem secum ferre naturalium ad-
quisiendi modum, scilicet occupationum rerum hostium, Vini-
lanit ex occurrunt ius prede, et Deus ipse iussit, approbavit que,
Ecce Abrahamus Simis cap. 14, nam prede substantiam tu-
lit quatuor Regum, licet postea eam permiserit Regi Sodom-
orum secum confederatus, sic etiam exugnata ciuitate Hai-
tarum, et ciuib. ad interuentionem debitis. Iosephus predeam ciuita-
ti diuisit filii Israel ex precepto domini, Iosephus cap. 22, vers.
26. Lex autem diuina de aueridenda prede hostium extat De-
uteronomica cap. 29, vers. 17, quam illustrat post alios Magis-

Prede hostium an per-
tineant ad singulos mi-
lites, vel publice occu-
pantur.

ter Marquis in gubernatore Christiano, lib. 2 cap. 14, §. 1, sed
cum dicitur capiunt predeam cedere in ambiguo huiusmo-
di iniquitatum singulis militibus attribuenda sint tanqu-
am publice occupanda in diuisione hac, qualem valent moret. Reges
que municipales, in. titula Romana sic comprehendendo Mani-
bias, et singulares res militum miles victor, qui occupauit
sibi retinet, d. l. transfigam §. §. 1, prede ipsa exortitui

Lapilli, gemme, et cetera quae
in inventori cedunt.

Quomodo alius eorum do-
minium non habeat tunc
eum inventor tenetur
satis.

Unus casus in quo inven-
tor acquirit dominium
relictae dicitur.

Lapilli, gemmas, conchilia, et Corallium, ab aqua ma-
ris vedamenta, quae antea nullius fuerant, diciturque in li-
tore reperta naturaliter ratione placuit, ut inventori cedant quo-
rum dominium per possessionem acquiritur, ut ait Paulus in
nostra. l. d. l. substantiaque lex. in l. 3. de divisione rer. §. item
Lapilli, in tit. eodem tit. l. 3. tit. 2. §. partita §. Dixi si dominus
inveniantur, et occupantur, quoniam si alius gemmas per
negligentiam custodiam arripit, et alius eam invenit, non fit
inventori, sed veteri domino restituenda est, alioquin inven-
tor si non restituit committit furtum, cap. nulli, cap. si quid
invenisti cum alio §. et, questionibus. interdum 2. §. d. l. c.
sequenti, hoc tit. Covarruvias in regula peccatum 2. parte, §. l.
n. l. et c. Ant. Gomez, et eius notarius additionator 9. tom. va-
riarum, cap. 5. n. 2, et in l. 5. fauri n. 3. late, et subtiliter Joannes
Eubertus lib. 2. Canoniarum, cap. 9. per Thomam Richardus in
§. 2. in tit. de obligatio. n. l. quae ex delicto nascuntur n. 25. quod
si Dominus non agerit, cui sit facienda restitutio. Observan-
da est dispositio nostra, quae extat in l. 6. et duabus sequentibus tit.
§. l. 6. de conculatio. n. l. Unus casus est, in quo possit ab in-
ventore acquiri dominium rei, quae pridem alterius fuerat,
videlicet si fuit inventa in ea forma, ut merito possit ha-
beri pro rudi, nova, et nunquam ab alio possessa, veluti si con-
chilia, aut corallium rudi, et illeligata inventa sint in li-
tore maris, quae inventor, reus creta esse existimavit, cum
verera de alio fuerint deperdita, quae in casu, quia bona fi-
de occupavit, et animo faciendi perona, furtum non commi-
tit, quin potius occupavit, et per tempus stabilem posside-
at, l. 3. §. genera 2. hoc tit. iuncta l. i. ff. de iur. quae sit est
intelligenda. Sed in his casibus, necessaria est naturae posse-
sio, id est vera occupatio, nec sufficit appretus, aut alia fac-
ta apprehensio, notant. Richardus in §. item Lapilli in tit.
de rer. divisi. Cuiuslibet lib. 2. observat. cap. 3. §. Gomez. et

Quod. lib. 4. cap. 1. littera B. et ante eos Castrensis in l. 2. n. 3.
ff. de conditione sine causa.

Sed ne quid inobseruatum relinquamus in d. l. 12

l. 1. animaduertendum est naturali possessionis exempla pro-
ponit Paulum, d. h. i. velut claustrina. Dixit enim domi-
nia rerum ex naturali possessione casibus: prima autem exem-
pla non tantum evincunt cogitasse sed conservare ^{com} diu quam
durat naturali possessione. Secunda vero que ~~per~~ ^{per} numerum in d. l. 12

Duplex Paulus dicitur
autem possessionem na-
turalem.

l. 1. tantum convincunt possessionem habere ^{com} dominium durat a iure
si a iure durare etiam amissa naturali possessione rerum in-
stantium, quare si anis vel anullus in flumen decidat, amit-
titur eius possessio. l. 3. §. Fluvius, l. 1. §. quod 2. §. hoc fit. non vero
amittitur dominium. l. 1. §. graditum 17. §. Cyprianus 2. §. De
pignori: dicitur. l. Comsonius 19. in prinus is hoc fit. quia
nisi illo facto dominium amitti non potest. l. 1. §. quit vi 17.
§. hoc fit. quamvis nisi recuperatis diffidit et l. falsus.

Dominium durat a iure
in possessione.
l. 1. nisi vel ab a re in
flumen decidat, amitti-
tur possessio, non vero
dominium.
Si de facto dominium non
amittitur.

l. 1. §. iactum 11. de furti, iuncti que notant Quod. ad
Inst. l. 4. cap. 1. littera C. de adquir. h.reditate cap. 2. n.
22. et 28. Anaya lib. 2. observat. cap. 7. ex n. 20. in hoc qd.

Utque exempla conveniunt ut in omni. pariter domi-
nium a possessione incipiat quod sibi. Substantum Paulus
prohibuit sed non quod in omni. et per omnia equaliter
habent, ex quo noto iam incipere aliter servare pos-
sitionem aliter dominium necesse ab illa in conservando
proquire de ordine argumentis et l. naturaliter 12. §. 1. hoc fit.

Ex his satis colligitur que et quod h. x. ut naturali
possessio quidam enim est que reperitur apprehensionem realem
initio, et amorem substantiam institutionem in continuatione adio
ut citante hat attribitur possessio alia dicitur naturali quia
incipit a naturali apprehensione, sed postea retinetur minori
cum habere cum alia interpretata non est vel a possidente, sed
prohibita est. Sed de hac latius disputandum est sequenti cap.

13
naturalis possessio du-
plex.

Naturalis possessio est,
quae facta naturali deti-
netur.

contenti cum us ad notare naturalium possessionum signifi-
cari, quae facta naturali ~~est~~ constat. Titimondi, sicuti Anton-
ius fuit Joannes antiquus glossator, quatenus docuit naturalium
possessionem esse quae facta naturali, et corporali ~~est~~ detinetur.
Conveniunt elegantius Duarenus lib. Disputatumum, cap. 18, Fa-
cius in l. 1. hoc sit. Romanus lib. 9 observat. cap. 1, et alii apud
Auto. Mathium in Collegio sandictarum, Disputatione 459.
18, Madura animadversionum iuris, cap. 27.

24

Qua doctrina explicatur
plurimi text.

Ex hac derivatione facile exgredi possunt multa iuris
testimonia in quibus. L. 18. appellant possessionem naturalem et
tam, quae solo corpore retinetur, et naturalis actioni incumbendi,
quamvis non sit propria possessio, ~~et detinetur~~ ~~et~~
~~detinetur~~: loquitur enim per allusionem ad ipsam actionem
detinendi; non vero stricta docendi ratione ut omnia de iuris pos-

Actio ad exhibendum datur
etiam adversus eum qui
naturaliter possidet.

sunt ex l. 3. de l. cum l. sequenti ff. ad exhibendum, ubi do-
cet actionem, de qua in illo tit. agitur, competere adversus pos-
sionem, ut eum exhibeat, postea qui indicitur, consonat text. in
l. officium 9. de rei vindicatione, quae sit vero, quis intelligatur
possidere, et dicitur in eum praedicta actio. respondet intelligi, non
solum eum qui civiliter, sed etiam qui naturaliter incum-
bat possessioni. Si pro incumbat, velitis negare incumbat fa-
cilius non solum elegantem, quam necessariam, et abundans erit
Cuiarius, tractatu de ad Africanum in l. Deposui 38. in princi-
pio de pecunia, qui in incumbendi verbum adpositum exgo-
nit. Inde inferit Ulpianus in d. d. de creditorum, qui non
pignori accipit tenent ad exhibendum hic autem possidet, ut infra
dicam cap. 3. et Pomponius in d. l. 4. ex eodem principio inferit de so-
licitarium, commodatarium, et conductorem, qui vere non possident
eadem actione tenent, quia naturaliter possident id est de facto te-
nunt. Eodem modo explicatur aliter eundem Ulpiani locus in
l. communis 7. §. neque colonis et ff. communi dividundo, ubi
de colonis dixit naturaliter possidere, et in l. naturaliter 12. hoc tit.

Possidet naturaliter
creditor, qui rem pigno-
ri accipit.
Et depositarius, commo-
datarius, et conductor.

Colonis, et usufructu-
arius.

in qua maiorum circumspectione dixit naturaliter videri possidere eum, qui vnum fructum habet; quia licet vno non possidet, quodam modo possidere videtur, quatenus corporaliter rei inest. Sic et Paulus in l. videmus § 8, §. si possessionem 10 de viuis, dixit possessionem naturalem revocari commodataris, et de possidendo quia vis admittit dominus, qualemcumque illam possessionem, quam pridem habuerant, ex eadem causa servus, qui iure possidere non potest, possidere naturaliter dicitur in l. singularis § 8, §. hoc quoque 7, de Verborum obligationibus. Unde cogitanda est distinctio, quae extat in l. 2, §. quod vulgo ff. pro herede, et in l. §. dicitur 9, cum sequentibus de Vi, et Vi armata.

Paulatim postea reflectere cogitur I.R. Arabiam alusionem verbi naturalis possessionis; et apperunt illam esse posse iuste, civiliter et legitime, appellantes naturalem illam, quae iniusta, ~~itaque~~ non quia omni naturali possessio sit iniusta, patet enim possessionem vnum denuo occupatarum iustam esse, legitimam, et omni iure approbatam, ut recte sentit Malera §. cap. 27 animadvertendum, sed quia iniusta possessio non alio fundamentis nititur, quam ipsa occupatione, et incertitia rei, ut docuit, et recte Adrianus Turnebus lib. 24 adversariorum, cap. 24, iniustus enim possessor dicitur prodo, qui interrogatus, cur possideat? tantum respondet quia possideo, nec ullum titulum, vel causam dat possessionis, l. pro herede 22, §. ult. cum sequentibus de hereditatis petitione. Igitur in viis retentis corporalem, ad hoc non dicatur naturalis possessio, quae iniusta est, si possessor aliquem titulum ostendat, veluti pro emptore aut pro donato, quamvis mala fide possideat quia qualemque bonam causam habet retinendi possessionis, nec media tantum de tentatione nititur, ut docent subtiliter Anto. Faber de iure trib. pragmaticorum decade 26, errore 9 ad finem, Schindelfurinus ad Anto. Fab. 2 parte, tractatu 8, questione 7

Servus.

LS

Possessio naturali etiam accipitur pro iniusta.

Prodo, vel iniustus possessor non habent alium titulum retinendi, quam possessionem.

Retentio naturali possessionis consistit in iustitia corporali. Naturalis possessor dicitur esse, qui qualemque bonam causam habet, licet mala fide.

Iustus et civilis possessio
titulum habet possessio-
nis, et eam non tam cor-
poralem quam iure tenetur.

in medio, Cuiuslibet ad Donch. lib. 4. cap. 24. littera Q. Unde a forti-
ori iustus et civilis possessio titulum possessionis profert, et retin-
tionem suam tenetur, non tam corporali intentione, quam in-
iure operis et adiumento, ex quo Tit. utramque possessionem de-
nominantur; a iure tituli iustam naturalem, siue iniustam
anaturali incubatione: quia si hic ratio in iniusta possessione
deficeret, nihil esset ratio possidendi, nulla alia ratio tali posses-
sioni suffragari posset. Hoc recte comprehendit, quamvis alioquin
non parum in hac disputatione laboratur Pas. adonius lib. 1. rerum
cotidianarum, cap. 9. n. 20. Inde in l. quod servus 24. habet:
indisputatione utrum servus domino suo possit adquirere pos-
sionem, distinguit Tit. causam possessionis, quoniam ci-
vilem, id est iustam adquirere potest naturalem id est iniu-
tam non potest. Sic et in l. si cum 26. de donationib. inter, Mu-
lier, quae ab extraneo accepit rem, quam vi Maritus donavit
dicitur possidere, non civilem, sed naturalem, l. si i. vii. v. xi.
4. hoc tit. l. si. diciturq. et sequenti, de vi, et vi armata quia
cum donatio inter coniuges prohibita sit, l. 1. de donationib. inter,
nullo fit. rem detinet, sed tantum corporaliter ut iuris sit. l. quod
v. xi. 26. hoc tit. quoniam neque ipsius possessionis donatio va-
let inter coniuges, l. inter 46. de donationib. quare si coniux
possideat non ex vi fit. possidet, sed quia corporaliter possessio-
nem apprehendit, docet cum multis. Val. Thuria lib. 1. illustrium,
trahatur 2. cap. 7. et post eum Anto. Merenda lib. 2. contro-
versiarum cap. 10.

tenet dominus adquirere
potest iustam possessionem
non iniustam.

16

Divisio posse-
sionis

Possessio itaque naturali proprie sumpta est, quae deti-
netur facta igitur possidendi, ad differentiationem illius, quae iuris operis et ad-
iumento, retinetur solo animo. Ius enim (ut dicam sequenti cap.)
multa attribuit possessioni, ut retinetur, et adquiratur iuris
operis, et labore, tantum effectum tribuens omni acquisitioni
ni, et retentioni, quam ali, sed per translationem, aut per si-
militudinem loquendi quando quae naturali possessio dicitur,

que mora detentatio est, nec nomen possessionis mutatur, ut usu-
 fructuarii, et coloni amittuntur, ut per se videtur. Barladorius d. cap.
 9, n. 1. quandoque dicitur, que vere possessio est, sed iniusta,
 ut possessio quondam, et cuiuscumque sine tit. possidentis, sed
 ubi vere, et proprie possidetur, nihil in fert an possessio inius-
 ta sit, vel iusta, cum utraque possessio sit, l. 3, d. genera. 22, hoc
 tit. qd. una possessio videtur in genere. Rursus nec potest distingui
 possessio illa, que indiget naturalis apprehensione, ab illa, que
 civili modo acquiritur, quoniam hęc distinctio ad modum ad-
 quiriti spectat, sed intrat substantiam possessionis, neque
 enim alia possessio est, per quam possidemus feras, alia per quam
 possidemus ceteras res, ut agnovit Madera in d. cap. 27, qd.
 si aliquo modo dividenda est possessio, non dividitur substan-
 tialiter, sed accidentaliter in iniustam, et iustam, sic Divus
 Augustinus lib. 2, de civitate Dei, cap. 1, et lib. 21, cap. 1. Uni-
 versam hominum generaliter dividit in incedas civita-
 tis Dei, et in incedas mundi, per illos intelligens electum po-
 pulum, per hos verbum, ut ipse in prologo operis testatur, nam-
 que virtutem a virtute, et in iusticiam possessionis a iusticia
 distinguere magnum operis periculum est ad multos iuris effe-
 ctus. Assentior qd. hi, qui possessionem in iniustam, et iustam
 dividunt, et sunt Donat. Connanus, Anto. Fab. et Madera,
 post sequitur Valencia d. tractatu 2, cap. 9, n. 6, Anto. Mathe-
 us d. disputatione 45, n. 16 et quamvis parum formiter Teu-
 thlorus volumine 2 selectarum, disputatione 22, thesis 2, lit-
 tera D, Richard. principia iuris d. de interditiis ex n. 99, p. 14
 surium n. 203, late, et cum multis Augustinus Barbosa in
 rubrica de requestratione possessionis, et fructuum, ex n. 14.
 In hanc distinctionem recidit alia vulgaris, que possessionem
 dividit in civilem, et naturalem, quoniam civilem pro

iusta accipiunt, contra vero naturalium pro iniusta. Sic compo-
ni possunt auctorum Mentes, alioquin pugnantes, quorum
longum Catalogum referunt Richard. et Valinud. De Bon-
xome, ex his par est, ut transitum faciamus ad secundam opi-
onem possessionis, scilicet quam dicunt Civilem, quia minori
opera, et labore acquiritur, et retinetur iuris ipe, et ad iurimen-
to.

Cap. 2. De civili possessione, siue de modis civilibus, et vitatis adquirendi, et retinendi posse- sionem sine naturalia- prehensione.

1

Adhuc dominis rerum, et postquam homines coegerunt
ditare, et ampliare possessiones suas, non potuit generare me-
tus possessioni, quin primo introductus fuerat; pauca enim poterant
comprehendi, et retineri naturali incubatione; id eo ab ipso iure gen-
tium communi hominum consensu introductum fuit, ut possessio a-
nimo, et corpore adquisita animo tantum retineretur, et animus il-
le pariter ad effectum reduci, id est potest possessio corporalium reser-
tare possessionem cum sibi libet, ut cum iudicis censet. Mancha-
ca lib. 2. illust. cap. 57 n. 24. Alioquin daretur absurdum, et ad
retinendam possessionem cogere mur res nostras in herede instar
testadinum, aut omnes res nostras continui saculare. l. 9. §. sed
et si animo 6, et §. si quis nunciat 7, et §. salus 11, etiam posside-
re 6, §. qui arundinal, §. si id quod 25, §. quod dactum §. si qui 27,
l. si quis 44, §. ult. cum l. sequenti, l. quamvis 46 hoc tit. l. licet
4, C. eodem tit. §. perdere instat. de interdicit: hoc enim admi-
tatur in saltibus, quos iuvenis mensis. inveniunt, et citius de-
relinquunt, et tam non ideo amittunt Domini eorum possessio-
nem, sed recte Profugas admonuit, ita docet ex omni causa,
quia eodem in cocturis res observatur, quarum animo retinemus

possessionem. l. 1. §. vulgo 25, de off. et viarmata. l. 2. tit. 30. part. 1. Paulus lib. 1. sententiarum tit. 2. §. 1. Armonopolus in prom. hario lib. 1. tit. 3. §. 63, docent cum multis. Inualt. ad Donel. lib. 5. cap. 13. littera A. et B. Calonia §. tractatu. cap. 2. an. 25. Richard. principis in tit. de interd. ibi. qn. 66. tit. 99. Anto. Mathieu in collegis sanctorum disputatione 4. n. 40. Tre. ubinus volumine 2. selectarum disputatione 2. thesi 2. Anto. Almonda lib. 2. controversiarum cap. 18. n. 22. et 23. hoc tamen sustinendum a iure gentium inuentum aut inductum non fuit quin vera et propria possessio sit, quae solo animo retinetur, nequod sit aliter naturae, quam illa, quae retinetur corpore, et animo; sed potius ut retineatur minori cum labore, et commodiori stude, docent plerique ex supra laudatis; et ultra illos. Quamvis ad l. 1. hoc tit. et l. 1. §. 1. disputationum, cap. 18. n. 22. et 23. ius in commodam naturali incitatione, sed nihil derogavit retentioni naturae possessionis ut docet Richard. §. n. 99.

Sustinet etiam in acquisitione ipsa multos circuitus, et ambages, et minus distulsi esset adglutit, siue ut esset facilior, et expeditior, amat enim ius angustare superflua facta, si qua ratione §. 1. interdum cum similib. de adquis. rer. dom. et hoc tamquam proprio documento retento, possessionem adquire si sine animo, et corpore, id est sine affectu possidendi, et sine aliqua actione externa ordinata ad capiendam possessionem. l. 3. §. 1. §. quomodo modum §. hoc tit. et fecit ut adquirentur per singula quaedam, quae excusant laborem, et sudorem acerbendum totam, ipsam rem corporaliter ex quo fit, ut qui velit possessionem fundi apprehendere non indiget totum fundum peragere, sed sufficiat si vel limitum, vel primam partem pertingat. l. 1. §. 1. hoc tit. imo sufficit oculos immittere in tum, vel in fundum possidendum. l. 1. §. si iussurint, quod meo nomine §. 1. §. si venditorum, hoc tit. et vna re ex vniuersitate apprehensa, veluti ex maioratu, ac capellaniam, coetuarum

verum coniecturæ apprehensa possessio. Parlatonius in sequen-
taria differentia 26. d. 1. sicut si non sint res collectæ sub mono-
mine comprehendit, sed separat, docent post Claricos in d. 3. d. 1.
Fauto. Somel in l. 45. taurina n. 85, Gregorius Lopez in l. 6. lit.
30. partita 3. gloria 4. et a regno Paris, traductus mos fuit vulga-
ris adhibendi possessionis, scilicet modicum terræ ex fundo depen-
dere in gari extremitate, et gl'iam illam comprehendere pro to-
ta possessione. Hoc idem in donationibus in favorem ecclesiarum
factis in eisdem regno visitantium fuit dicebaturque Scotus
cap. 2. extra de consuetudine, explicat Hieronius lib. 2. observan-
tium, cap. 9. quum alludit ad veterem formulam vindi-
cationis in qua in una gl'ia, tamquam in isto fundo vin-
dicabatur, notarent ad rem Cuiacius lib. 19. dicitur: cap. 18. So-
lofredus in l. qui quis 2. §. C. de donationibus. Postea vero abijt
in frequentissimum verum comprehendendi possessionis, id est quod
quis qui abijt fundi cupit possessionem nancti modicum
terre manu apprehendit sicut assensionis titulus. Auth. Somel
in d. 2. 45. n. 111, Parlatonius d. d. 1. quinimo si citet danda est
auctori veterum formularum, qui cum esset Marculi cir-
cum fertur formula 19. 20. et 43. sicut hinc tradebatur posse-
re per gl'iam herbam aut festucam de fundo, aut saltu, ad vicane
debent videri Marculi locus lib. formula 21. et lib. 2. formu-
la 14. notantur eisdem Hieronimus Vignoniensis pagina 473. l.
in aliis ad Donch. lib. 5. cap. 9. lictura. Hinc traditis donationis colla-
ta Regina Matilde in Gregorium Pontificem maximum facta
fuit per ramum arboris abijtium ex gl'ia donata, narrat Car-
dinalis Baronius thomo 11. annatum anno Christi 1102, cap.
29. alia ex impleta ne quis vacuo in moremur de iuribus possunt
ex Hieronius lib. 1. de formulis pagina 302. in carmine Hieroni-
mo Vignoniensis supra et Cironis d. cap. 9.

9
Sic similiter traditis clauibus domus empta, talis lit. ad-
quiritur, ut si presentia domus ipsius traditis fiat coniecturæ adquirenda
possio, l.

possessio. l. claus. 74, de contrahenda emptione, l. qua ratione,
 l. etiam si morcos, de acquit. rer. dom. l. etiam si quis morcos,
 in l. de rer. divisi. l. d. si iuravit, hoc tit. l. 7, tit. 30, partita 3,
 Th. Gregorius super gloca 2, Covarruvias lib. 3 Variar. cap.
 26, n. 1, Anto. Gomez in l. 45 tauri, n. 60, Anto. Faber de ur-
 vrit. pragmatiorum decade 75, errore 7 tit. 7. Dixi si klu-
 lus tradidit nisi clavium precedat, sed ubi pro emptore pro do-
 nato, et similib. quorum nullo precedente, aut tradidit clavi-
 um, potius attribuit custodiam quam possessionem, argumen-
 to l. cum pater 77, l. pater 22 de legat. 2, docet Bartolus,
 et l. 10 in d. d. si iuravit, n. 26, Romulus in l. 1, hoc tit. n. 179.
 Sic etiam custode aperto ad res legitime ut adquisitas earum
 possessio suspenditur, l. quarundam 53, hoc tit. Gomez in d. l. 45,
 n. 74, cum sequentib. Vel etiam sigillo impresso rebus animo ad-
 quirendi possessionem, l. quod sineque 14, d. 1, de perit communi
 rei vint. quod a sacris literis ortum habet ex istis, ex illo
 Cantuarum cap. 8, v. 6, pone me ut signaculum super cor-
 tuum, et signaculum super brachium tuum, illustrat quon-
 dam mens benedictissimi pater Linus Ramirez in Cantico
 n. 528, et sequentib. Dixi si imprimatur sigillatum animo
 adquirendo possessionem, Coctrum si ad alium vrum signetur,
 sed ubi ne submutentur res cognate, non concludit adquisita
 possessio, l. 81, d. si dolum 2 eodem rei decant Anto. Faber in ra-
 tionali ad eandem legem. Anto. Gomez l. n. 75, Romulus
 in d. l. 1 n. 192, sic quoque instrumenta, vel scriptura tradita
 intelligitur res vendita, aut donata, transacta possessio, l. 1, c.
 de donat. n. l. 8, tit. 30 partita 3, l. 1, tit. 12, lib. 3, fori legum,
 l. 17 tauri, quod est l. 1, tit. 6, lib. 6 compilationis, l. 44 tauri, quod
 est l. 4, tit. 7, eodem lib. 5, docet gregorius clausius Dominus Palen-
 cula concilio 23, n. 10.

Ac ideoque procedit iuris dignitatis in euglandia

congruente facto requisito ad apprehensionem possessionis, ut modo
huius in operibus apponitur et in nullo interim possidetur, agatur
quod de ea transferenda; quamvis illam novam possessor, non apre-
hendat, tamen possessionem acquirit longa manu, et eleganter ait
Cels. in l. si pecuniam 79, de solutionibus iuncta l. si interim, hoc
ait. probant lex. in l. si ego 9, de coheredum, periculo et non per, de
iure dotium, l. quod statuliber 41 in fine de donationibus. Ex quo ex-
ponuntur alii textus qui loquuntur iuxta eisdem terminos in l. do-
nationum 92, l. si pater 384, l. si pater, de donationibus. l. si proce-
ratori 79, de verbis obligationibus. l. statuliber 43, l. si si quis 2, de ple-
ni. Dicitur autem fictio longa manus quae si sit prolongatio
manus eiusque in ius in rem ex eadem et exornant Don-
ellus lib. 5, cap. 20, et eisdem Oruald. littera Q, Soto sedui in d. l.
29 et protiquitur Cuiacius lib. 12 rigorum Sabiniani in l.
donationes 32, l. si quis de donationibus. c. si pater in d. l. de
ind. l. quod statuliber, n. vlt. notat Palencia lib. 2 illust. fac-
tata 2, cap. 14 n. 4.

Etiam cum illa per gratiam actione possessio vi adquiretur
per contrariam fictionem, quae dicitur, brevis manus, in qua
conuictus surripitur, sine occultatione. Fingite genus me rem
me depositam et illam mihi dominam vendidisse, si omnia ex
integro peragunda essent, ego restitutus nam rem dediti do-
mino, qui apud me deposuit. Rursus ille tradidit me ut mihi:
cum ego non apud me permanere sit quocumque in casu, et
circumstances inuicibus rescandisint. l. ult. C. de emancipationibus. li-
berorum, ius surripit, occultat, et pro facti habet in diem illas
actiones, et traditiones, et illam voluntatem domini cum proce-
dunt de liberatione mea putat sufficere ad translationem posse-
sionis, et dominii, l. si autem, d. de publiciana, l. certi conditio-
tis, d. ult. l. singularia 19, de verbis obligati, l. si rem de de coheredum
lib. 1, d. ult. de donationibus. inter, l. qua ratione, d. interdum,
l. si seruus 21, d. 2, de adquis. rer. dom. l. interdum 44, in. ult.
de nr. diuis. l. 46, tit. 28, partita 3, itaque in hac fictione adquisitio

possessio per precedentem detentationem rei, quae iam ex alia
 ratione erat, et per effectum, quum habio possidendi: et in
 hac fictione minus exigit ius, quam in casu precedenti, si-
 quidem non indigno occupare, aut apprehendere domus, quam
 suam apprehenderant, et occupauerant. docent Bartolus, et
 antiquiores in d. l. certi conditio 9, §. ult. et in l. non solum 33,
 §. quod vulgo, de Vicariis. Anto. Somel in l. 45 tauri ex
 n. 70, Cuiacius lib. 24 observat. cap. 3, subtiliter Anto. Faber
 de errorib. pragmatiorum decade 13, error 5, Richard. ind.
 §. interdum, Valencia d. tractatu 2, cap. 2, n. 22, et cap. 14 per
 futurum.

Huius fictionis, aut supplementi proximum est aliud, quod
 proponitur in l. quidam 77, de rei vindicatione ubi quidam mu-
 lier episcopi donationis titris misit, per quam fundum in e-
 um conferbat, erat autem titris in fundo, qui donabatur, cum
 accipere episcopum. Respondit Cas. ad adquirendam posses-
 sionem sufficere iurisdictionem, licet mulier illi prius fundum non
 condidisset, nec realiter tradidisset, ad est enim quidam fictio
 quasi brevis manus, per quam fingitur fundum ad mulierem
 ab illa recurre, sed verus ab illa titris fuit traditus, et expo-
 nunt Alexander in d. l. 1, §. si iusserint, n. 5 ubi Romulus n. 7,
 Raphael Cumanus in l. 3, hoc tit. n. 2, Anto. Faber d. decade 75
 errore 10, Valencia d. cap. 14, n. 1.

Simile est etiam praedictae fictionis brevis manus con-
 titutum possessionem, quod in hunc modum peragitur. Titris
 possidet rem illam, scilicet vendidit, vel donavit, sed antequam
 tradidisset realiter possessionem in instrumentis ipsis constituit
 se possidere nomine sui, sed tamquam eius conditorum, vel
 precario rogantem, quo solo duo efficit. Primum ut primam
 causam possidendi metat, nunc uti possidabat pro suo, in iuri-
 at possidere alio nomine. Secundum ut adquirat posses-
 sionem ei, cuius nomine constituit se possidere. Est modus iste

6

7

valde similiter fidei non breui manus, nam in eo subripitur,
et occultatur actis illa tradendi non scis et quod sius trans-
ferat in alium, imo ius fidei non speciem esse constitutum
viximarunt Cuiacius lib. 19 observat. cap. 18, Cruald. ad Do-
nel. lib. 5, cap. 10, littera B, ad vnde sunt Munchaca in l. si quan-
do 35, n. 2. C. de inofficio te. tamanto, Anto. Somel in l. 45 tau-
ri, n. 80, Anto. Tader in codice de iudicium Sabaudiz lib. 4, tit.
41, diffinitio 8. Hodierno vix receptissimus modus est, ut
nullum fore sit instrumentum quod clausulam constituti
non continet, de cuius efficacia in praxi late agunt Anto. So-
mel thomo 7 variar. cap. 2, n. 20, Tius Turnandiz in l. 17
tauri an. 25, Gregorius per tex ibi in l. 30, tit. 30, partita 3, Do-
minus Valenciuola consilio 23, n. 12, Dominus Larrea de iudicium
Granatini 10, n. 17, 19, et sequentib. Petrus Siguenca de clausu-
lis lib. 1, cap. 14, n. 5, imo et iure communi exigia de eo constat
mentis in l. quod meo nomine 18, hoc tit. Alleduntque Pon-
tiffes in cap. cum omisit, de re iudicium spoliatorum cap.
si diligenti 27, de quibus iudicium. Et cognoscunt Aliati in
l. 128, Donel. l. cap. 10, littera B, et non sit audendus Sifa-
nius in l. si ante 10, hoc tit. Et nouitium commentum prog-
maticorum dicit. Ergo cum neque per modos fictos, neque
per modos veros possessionem trans. ferre possit is, qui eam
non habet, consequens est et qui non possidet qualis est vici-
fructuaris, vel conductor et constitat se alius nomine po-
sidere nihil agat: idroque et per clausulam constituti transfe-
ratur possessio, necesse est, ut prius probetur constitutum po-
sedit, s. interdum 24, s. ult. hoc tit. s. Pomponius 29, ff. quod
modis vici fructu. amittatur, Anto. Somel in d. l. 45 tauri,
n. 88, Traquetus de iur. constituti 3 parte limitatione 19,
n. 6, Neguerol allegatione 14, ex n. 49, Poscius de manubi-
nudo, observat. 20, Barbara de clausuli vix frequentib. cla-
uicula 32, ex n. 29, vbi de constituto possessio breuiter, sed satis

302

luculentur agit per totam clausulam. Notandum tamen
 ut constitutum tunc transferre possessionem, si illi cuius no-
 mine fit, sit in possessione rei, et habili ad adquirendam
 possessionem. Et ex multis docent Barbosa & his supra xx.
 9, Palencuela conabio 119, xx n. 27, Molina, et adentes de
 primegeniis hispanorum lib. 4, cap. 2, n. 4, Ruall. ubi proxi-
 me, Anto. Faber de errorib. pragmat. decade 78 per totam,
 Pinchimus de praescriptio. 2 parte, membro 2, cap. 8, n.
 62, modicum facti ita operantur, ut solum laborum facti
 comprehendunt possessionem totam, sed requirunt semper po-
 sessionem proximam ad actum reducibilem.

Inter constitutum et ad possessionem transferendam si do-
 minus rei, iam alii vendit, et in eodem instrumento conductam
 res, et mutatur in causa possessionis, d. l. quod meo nomine
 et hoc fit, et transferitur in emptorem, l. quidam mulier 77, de
 rei vindicatione iuncta l. iudicium 46, et sequenti eodem tit. quam
 exponit Anto. Faber h. decade 78, errore 2, et 3. Alia exempla
 supradictam tex. in l. si pignus 27, de pignoratitia actione, l. qui
 sona p. de 29, l. interdum 27, hoc tit. l. certe 6, d. si qui rogavit,
 ff. de pignoris, et agnoscunt fore omnes inter preces nuper laudati.
 Quod si verum fructum quis sibi retineat, et non donet, conetur trans-
 lata possessio quamvis contrarium ianxiunt Feronius in l. sim-
 ple. C. Theodosiano de donatis nit. cui derogatur per legem ultimam
 sequentem, unde decumta fuit lex qui quis 28, C. eodem tit.
 in Justiniano, et confirmatur notioni constitutione in l. qui-
 quis 25, d. si quidem, C. de donatis nit. l. 90, tit. 30, ubique
 si donatio valeat quoniam si inutilis est, vel indubium revo-
 catur, possessio non conetur translata, donec de eius valore con-
 tet, Palencuela d. conabio 119, xx n. 27, Roguere allegatione
 14, xx n. 49.

Idem de modis facti adquirendi possessionis dixi plus
 quam satis, si videndum est per illos non minus adquiri veram

8

9

est diuerso iure possidere nos avom, aut feram, quam p. ide.
re fundum, aut res cocteras que non indigent tanta custo-
dia quod esset absurdum, et agnoscunt licet aliter disputent
Pothodorus, et Madura superior in. Laudati. Ex qua doctrina
quidam coniectaria libellam, que ad maiorem materis cog-
nitionem spectant, et deo omitti non possunt.

Consectarium et possessionem in facto consistere.

Sequitur in hi. possessionem in facto consistere, et istam fac-
tice, et plerumque id est ut non factum habeatur pro facto, alio-
quin non esset necessarium iuri beneficium, aut adiectivum.
Ex quo quidem est facto modo apprehendere, aut retinere possessionem,
quam apprehendere, et retinere corporali apprehensione, aut detin-
tione. Ex quo cum gratialis concensus, aut effectus, in facto consistat,
s. comitatus, in fine de curatore furis, et ipse apprehensio facti
est, consequens est, ut tota substantia possessionis in facto consis-
tat. Huic materialis rationi accedit concors Itorum. sententia
in l. Denique 19, et ex quib. causis maioris, iuribus. in l. llo 12,
s. facti de captivis, ubi docetur non ordinari retentionem pos-
sitionis in fictione postliminii, quia possessio in facto consistit,
et in l. 3, s. de bonorum possessione, distinguens Ulpianus bonorum
possessionem de qua in illo tit. agit appellatione simpliciter sumpta,
docet illam iuri magis esse, quam facti, sed hanc magis
facti, quam iuri. Rursum stipulatio de tractione, aut retinen-
da possessione in facto consistere dicitur, et ius esse capax filius,
vel servus, ob id solum, quod in facto consistit, s. stipulatio 38,
s. hi qui sunt h. de verborum obligationibus. et valua possessio
nuda motum factum appellatur in l. in conuentionalibus. 52
in fine, idem tit. sic etiam in l. 1, s. Scruella ff. si ius, qui tes-
tamento liber esse ius sit, docetur hereditatem iacantem
possidere non posse, quia incapax est possessionis, que tota
facti, et animi est, concludunt tex. in l. 1, s. furis 3, et s.

sequunt; s. possessio non est, hoc fit.

Ne nos tunc, aut in contrarium tenet nobilis
 Pasiniani locus in l. possessio 49, hoc fit. Quid docet per ser-
 vum fructuarium adquire possessionem, ex re iure, et ex opi-
 nis servi; quia plurimum a iure mutatur possessio. Cum
 per contrarium idem Cui. in l. Denique 19, ex quibus causis ma-
 iores dixisset possessionem plurimum facti continere. Utrum
 que enim verum est, possessio plurimum facti desiderat in a-
 pprehensione, et retentio, imo tota eius substantia a facto pen-
 det, deoque causa facti dicitur in d. l. Denique 19, et factum vo-
 catur in l. in bello 12, s. facti; de captivis. Sed quamvis tota sub-
 stantialiter in facto consistat, plurimum mutatur a iure dis-
 positione, non quo ad substantiam, sed quo ad effectus; sequen-
 tur enim iustam possessionem multi effectus a iure attributi,
 veluti usufructus, fructuum acquisitio, presumptio pro possessione,
 actio publiciana et alii, quos commemorant breviter, sed sedulo
 Tritemius volumine 2 selectarum disputatione 22, thesis
 per totam Antonii Mathesi in collegio pandectarum disputa-
 tione 45, ex n. 46. Ergo ex hac parte multum iuris habet possessio,
 nec potest dici nudum factum, quapropter recte concludit Pasini-
 anus in d. l. 49 posse possessionem per servum adquire; quia si di-
 stingeretur his effectibus, et consideraretur per se, et consideratur in-
 iusta, non adquiretur per servos, s. quod servus 24, hoc fit. quia
 more in facto consistit; et quia sunt facti per servos, aut filios pa-
 tris, ex dominis non adquirentur, s. qui heredi 44 de conditio-
 nib. et demon. strationib. l. stipulatio 38, s. plani 8, de verborum
 obligationib. l. quod dicitur 139, eodem tit. Et exponunt Jomel.
 lib. 5, cap. 16, s. Oruald. littera H, Faber in rationibus add. l.
 Denique 19, Richard. principis in tit. de interdictione 17, Valen-
 tia lib. 1 illust. tractatu 2, cap. 2, n. 41, et tractatu 3, cap. 3, n. 3,
 et sequentibus. Dominus Ramirez de Prado ad Martialium lib.
 4, s. grammate 80, et noscit Morinda contrarij continui ad-
 sctor lib. 2 controversiarum, cap. 19, n. 32. Et ne quid inob-
 servatum relinquamus noto verba, que extant in d. l. 49,

id. hominum ex iure possessionis mutatur, qui dantur acciden-
titer et habere et quasi mutuo dicitur quodquod iuris accedit pos-
sessori.

201
18

Parum etiam memoretur quod dicitur casus iuris in
L. i. de re iud. et de actionibus. et ius possessionis in L. si fructu
L. si quis in re. de damno infecto. L. si quis in re. de re iud. 44. hoc fit. L.
nemo in re. de re iud. et de actionibus. L. non idem. de liberali causa. si quis in re.
L. ad. de re iud. et de actionibus. neque enim inde deducitur potes-
tatem in iure consistere, non magis quam si quis in re. de re iud.
et de actionibus. bella in iure consistere, quia L. si quis in re. de re iud.
non semel dixit, aut quod ab hinc ut si quis in re. de re iud.
iuris est, quia Lucanus in principio Ferratilis ius datum se-
bri cecidit. Iura possessionum sunt commoditates propalibus,
et attributa a iure. Quia concessa possessionis. siue quod idem est
iuris quod ex possessione resultat, ut apertius dicitur. hoc fit in cap.
de re iud. et de actionibus. significatione, notant Richard. de pro-
prietate. L. si quis in re. de re iud. et de actionibus. L. si quis in re. de re iud.
et de actionibus. ad hoc fit. Ex his apparet, substantia possessionis conside-
rata, pro ut possidere sit in re possessionis, longe ultra in Me-
rulam in lib. 2. controversiarum, cap. 18. n. 14. qui ad effectus
iuris aduocans possessionis naturam, tam iuris esse pronuntiat nos
viam esse illam consideramus, siue iusta sit, siue iniusta quia
ad substantiam residendi, parum refert iuste quis, an iniuste
possideat, L. 3. si ex contrario, hoc fit. et tantum in, si quis in re. de re iud.
in re possessionis possideat, qui debere possit, quod ex iuris dispositio-
nibus in possessione accipitur. Parum etiam curamus inuicem
dictionis, quae ex hoc fit cap. 19. parum per se, quia substantia
possessionis est in re, quicumque elidere poterit, si recte intel-
ligat, cum de natura possessionis quae dicitur, tantum in re. de re iud.
dum est in re, siue in re. de re iud. et de actionibus. si. falsum est etiam quod do-
cet in re. de re iud. et de actionibus. n. 14. possessionem esse rem diuina quoddam
iuris sui ferendi gratia inuentum: nam ius habet ea, qui
in possessione sunt, aliud autem est ius iuris, aliud ipsa posse-
sio, ut aliud est dominium, aliud iuris auctoritas, siue aliud est

causa, quod effectus ex ea proveniunt: nec ideo quia aliqui personae incapaces sunt possidendi, ideo possessio iuris diu potest, quia hoc provenit ex defectu qualitatis personarum, et nec ideo potest contractus in iure consistere, quia sunt personae, quae contractare non possunt, idem de re. b. dicendum est, neque enim valet, quaedam res non possunt possideri, l. 9. in prin. i. p. s. qui dicitur in d. 30. s. 1. nec lit. q. in iure consistit possessio, quia omnino extrinsecum est natura possessionis, quod res sit, possit, vel non possit possideri, ad possessionem enim termini habiles supponendi sunt, quoniam si res possideri non potest, non erit possessio, de qua agitur, quod bene dicitur animam et affectum possidendi in iure consistere, ut non est plus quam sup. inus, quia per, talis animus, animi, et affectus non in iure consistit, sed in facto, saltem est, ut ex p. dicitur in l. conuictio & de curatore factori, ex quib. habet substantiam veriorum iuris firmam, quae antecessorum nostrorum frequentiori calculo approbata sum. per fuit, ut patet si recte peragatur ex Auth. Somel in l. 45. h. in. n. 18. ubi docet affectus iuris ex p. ipse resultare, quae est facti, ut ex contractu, quod etiam facti est resultat obligatio, quae in iure consistit et operatur in ver. item ad hoc tradit etiam substantiam possessionis provenire ex institutione in re, quae tota est facti, quamvis docerimus, alioquin professor p. firmum firmiter de hac questione conuictus, et alios insignis Covarruvias in re p. b. possessor in iuris secundae p. n. 1. et 2. agnovit possessionem in acquisitione facti esse, licet non recte disputans in d. decisione post acquisitionem in iure consistere, ego enim non dubio, quod interit inter retentivum possessionis, ut sit facti, et post eam acquisitionem, ut sit iuris, si quidem iam acquisita est, quae retinetur, ut si in retentione sit facti post acquisitionem non possit esse iuris, Andreas Pachinus lib. 8. controversiarum, cap. 5. qui obit quo contraria sententia allegare, exp. n. nostram tenet, dum concludit possessionem considerandam esse post eius acquisitionem, quae quo ad institutionem, et retentionem tota facti est, sed iuris

dicitur, quatenus assistentiam iuris invenitur, quae est causa pos-
 sidentis ad effectus. regere et illam facti dicere, hoc vero iuris non va-
 cat de iuribus quibuslibet. discernere naturam, pro defendunt intro-
 side, Aciatus in libello de quingue pedum prescriptione 2 n. 9. Pe-
 trus Gregorius lib. 2. in summatum, cas. 13 n. 6. Donel. lib. 5. comment.
 cap. 6. si alios recuset l. ual. l. i. c. 2. et 2. Pichard. principio
